
UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01256836 6



SCRIPTORUM CLASSICORUM

BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

LONDINI ET NOVI EBORACI

APUD GALFRIDUM CUMBERLEGE

P. TERENTI AFRI

COMOEDIAE

RECOGNOVERVNT
BREVIQVE ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXERVNT

ROBERT KAUER
VINDOBONENSIS

WALLACE M. LINDSAY
SANCTANDREANVS

[2d ed]



OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

FIRST EDITION 1902
REPRINTED 1909, 1914
SECOND EDITION 1926
REPRINTED 1935, 1953

PRINTED IN GREAT BRITAIN

PRAEFATIO

Hvic primum editioni praesto sunt Donati (decurtatus) commentarius a Wessnero publici iuris factus (Teubn., 1902 sqq.), codicum omnium Terentii qui in aliquo numero sunt omnes variae lectiones a Kauero per multos annos congestae. Quas tamen universas lectori hic exhibere vetuerunt arti fines apparatui critico impositi a Delegatis Preli Clarendoniani. Graviores quae visae sunt hic habes; ceterae in editionem maiorem, siquando occasio erit, reservantur.[1]

Lucilius quidem monuit:

accurrere scribas
Dne an C non est quod quaeras eque labores:

et Terentium interdum *vester* interdum *voster* scripsisse non nego. Sed normam harum editionum Oxoniensium secutus malui constanter *voster* exhibere quam fortuito codicum consensu nimis credule fretus in hoc versu *voster* in illo *vester* eligere. Antiquioribus tamen formis ea lege favi ut auctorem aliquem codicem haberem, neque ausus sum formam sine dubio Terentianam *caussa* scribere cum desit omnino in codicibus geminatae S litterae indicium. Cur igitur *paullum*? Quia fere semper aliquot codices *paululum* praebent ubi ceteri *paulum*. Similiter sicubi Terentius *factust* scripsit, solent alii libri *factus sit*, alii *est factus*, alii *factus*, alii *factus . . . est* exhibere. Et ne diutius in rebus orthographicis immorer, quibus raro locum in apparatu critico inveni, hic semel moneo esse in codicibus qui extant huius

[1] Necnon recentium manuum nugae (v. g. ad Haut. 400 CLIT. *v*).

comoedi semper formas *divitiae* pro *ditiae*, *multismodis* pro *multimodis*, *periculum* pro *periclum*, *reliqua* pro *relicua*, etc.; fere semper *sciebam* pro *scibam*, *posui* pro *posivi*, etc.; saepissime *dixisti* pro *dixti*, *amaverim* pro *amarim*, etc. Sicui igitur lectori talia sunt curae expectet maiorem editionem nostram neve queratur in hac non commemorari codicis Bembini morem *ii* per *i* scribere (v.g. *tibis* in Didascaliis, *cetari lani* in Eun. 257, *ingratis* passim), *-t* per *d* (v.g. *quod* pro *quot*), neve etiam mihi id vitio vertat quod lectorum commodo obsecutus *sit* pro *sīēt*, *iniicit* pro *inĭēcit* Ad. 710, *adficit* pro *adfĕcit* Phorm. 441, alia eiusmodi admisi. Semper scripsi (curre, etc.) *quantum potest*, etsi raro desunt codices qui *potes* praebeant; *Chreme*, *Lache* in vocativo casu (sed Hec. 263, 785 *-es*); *mage* pro *magi'*; *quor*; *quom*; *opsono*; *īs* (ubi *eis*, *iis*, *hiis* codd.); *neglego*; *ecfero*; *cotidie*; *nil*; *nihili*; *sicin*; *hoccin*, etc. Versuum variam divisionem, scaenarum titulos varie scriptos, haec et talia in maiorem editionem reservo.

Quod ad textum emendandum attinet plura dicenda sunt (quae alio loco dixi; *Class. Quart.* xix. 28) quam haec praefatio capiat. Scito tamen Terentiani textus corruptelas inde potissimum evenisse quod hic textus studiosae iuventuti praescriptus erat et discipulorum in usum a magistris redactus, qui id agentes ut unumquidque luce clarius pateret, obscuri nihil relinqueretur, glossarum quae dicuntur peramplam copiam aut in marginibus aut inter lineas adscribebant; quae quidem in textum gradatim irrepentes vera vocabula eiecerunt, metrum everterunt. Quin etiam a metrorum ignaris magistris ipsi textui sunt inculcatae. Ne tamen haec mala severius iudices, reputa quaeso tecum cuiusmodi fuerint libri illo antiquiore tempore lectoribus incommodo. Deerat tum (et usque ad nonum saeculum) interrogationis siglum. Quomodo igitur doceri potuit verba Nausistratae in Phorm. 1033 ('merito hoc meo videtur

factum') interrogative pronuntianda esse? Necesse erat particulam *-ne* adicere; unde factum est ut in omnibus quot extant libris claudicet versus trochaicus septenarius:

> tecum. *NA.* meriton hoc meo videtur factum? *DE.* minime gentium.

Sic igitur habe illud *gravius* [*quicquam*] in Ad. 140, pro brevi monitu illud *gravius* non adverbium esse. Sic illud *crimini* . . . [*falso*] in Hec. 779, pro Donati monitu ('crimen nunc pro falsa suspicione posuit') compendiose scripto.

Sed haec hactenus; nam Kauero locum cedere debeo, cuius labore felicissimo didicimus correctorem codicis Bembini illum quem Umpfenbach 'correctorem recentem' —si dis placet—nominavit Iovialem fuisse, sexti fere saeculi grammaticum; necnon habemus novos testes, codices Umpfenbachio ignotos, inter quos elucet egregius liber Parisiensis (*p*) saeculo decimo conscriptus et familiae δ affinis. Respice quaeso ad apparatum criticum Hecyrae fabulae. Quam saepe vera lectio in *Dp* superest (nam codicis *A* quidem in hac fabula neglegentior fuit librarius)! quam saepe eorum pravae lectiones ex Donato aliquo modo pendere videntur! Quid quod Kaueri accuratior labor in adscripta aliquot in codice *D* pleniorem lucem immisit, velut (ad Eun. 274) 'aliter animi pro animo secundum Donatum'? Suspicor equidem praestantiam illius familiae quae δ vocatur correctori nesciocui qui Donati commentarium adhibuerat esse imputandam. Nolo tamen plura hic. Audiatur Kauer potius.

Nam in copiis Kauerianis nititur haec editio. Pro mea parte textum scripsi secundum regulas in libro meo (*Early Latin Verse*, Oxon. 1922) expositas: *ill'* pro *ille* monosyll., *solu'* pro *solus* troch. (ante consonantem), *illi*(*u*)*s* disyll., *deos meas* monosyll., *eundem* disyll., etc.; et spero versus concinniores, metrum intellectu facilius evasisse. Quamquam hic quoque non plena manu sparsi, veritus ne de

aliqua re quae adhuc sub iudice est praeiudicii crimen incurram. Siquis autem alicubi offenditur et in apparatu brevitati addicto rem plene explicatam desiderat, recipiat se ad ipsum librum meum; v.g. ad pp. 339–59 si ei displicet adnotatio mea in Hec. 258, non tamen codicum lectio.

W. M. LINDSAY.

De codicibus haec moneo.

A = codex Bembinus (Vat. lat. 3226) saec. iv–v; desunt Andr. 1–888 (vv. 787–888 particulae quaedam servatae sunt), Hec. 1–37; Adelphorum vv. 915–97 litterae hic illic duae vel tres servatae. A^1 = correcturae a manu prima postea factae; A^2 = manus secunda quae ante Iovialem paucis locis textum mutavit (Umpfenbachii 'manus antiqua'). Exhibet comoedias hoc ordine: Andr. Eun. Haut. Phorm. Hec. Ad.

Iov. = Ioviales, qui v vel vi saec. ante scholiastas (saec. vi) textum recensuit et distinxit (Umpfenbachii 'corrector recens') et passim nomen subscripsit. $Iov.^2$ = Ioviales, qui partem quandam libri (Hec.) retractavisse et hic illic singula mutavisse videtur (cf. Kauer, *Wien. Stud.* xx. 252–76; xxii. 56–114)

λ = fragmentum Lugdunense (bibl. munic. Lugd. 788) saec. ix; continet Haut. 522–904 (cf. Kauer, *Wien. Stud.* xxviii. 112–34)

C = codex Vaticanus (Vat. lat. 3868) saec. ix cum picturis[1]; desunt Andr. 804–53 (suppleti a scholiasta), Eun. aedicula, periocha, prologus (suppletus a scholiasta)

P = codex Parisinus (Par. lat. 7899) saec. ix cum picturis; desunt Andr. 804–53 (suppleti a manu saec. x), Eun. aedicula, periocha, prol. 1–30 (suppleti ab eadem manu saec. x), 643–51 (suppleti, post v. 667, a manu saec. xv)

[1] Personarum indices in codicibus desunt; aediculas cum personis (scil. sine nominibus) nonnisi codices figurati exhibent.

D = codex Victorianus (Laur. XXXVIII 24) saec. x; desunt Andr. 98–179, 384–453, 846–903, Eun. periocha, Haut. 466–517, Phorm. 588–633; versus omissi praeter periocham Eun. sunt suppleti a manu saec. xv

G = codex Decurtatus (Vat. lat. 1640) saec. xi; desunt Eun. 848–1021, Haut. periocha, 1–313, 1049–67, Phorm. 779–1055, Hec. 1–194, 310–880

L = codex Lipsiensis (bibl. munic. Lips. I 37) saec. x; desunt Andr. 74–376

p = codex Parisinus (Par. lat. 10304) saec. x; desunt Andr. 1–304, Phorm. init.–25, Ad. periocha, prol. 1–12 (1–13 supplevit p^2)

V = fragmentum Vindobonense (Vind. phil. 263) saec. x; continet Andr. 912–81, Ad. periocham, 26–158

a = fragmentum Admontense (bibl. monast. Admont. 227) saec. x–xi; continet Haut. 464–516, 602–42 (Kauer, *Wien. Stud.* xxviii. 134–7)

E = codex Riccardianus (Flor. $\frac{\text{M IV}}{\text{XXX}}$ = 528) saec. xi; desunt Andr. periocha, 1–39 (suppl. a manu rec.), Eun. periocha, Phorm. 900–1055

F = codex Ambrosianus (Ambr. H 75 inf.) saec. x cum picturis; desunt Andria, Eun. 1–415, 424–36, 454–7, Phorm. 832–1055 (photographice depictus Lugd. Bat. 1903, Codices Graeci et Latini, ph. d. duce Scatone de Vries, tom. viii)

v = codex Valentiennensis (bibl. Val. 448 (420)) saec. xi

π = fragmentum Parisinum (in Par. lat. 12244 et 12322) saec. x; continet Ad. 944–88, Hec. 280–327, 628–701

η = codex Einsidlensis I (bibl. monast. Eins. 362) (folium quod Andr. 296–387 continet nunc in cod. Sangallensi 1394 exstat) saec. x; desunt Andr. 1–90, 128–47, 287–96, 385–489, 690–981, Eun. 753–836, 1034–94, Haut. 1–16, 310–822, 903–81, Hec. 85–261, 333–484, 516–880, Phorm. 1–643, 749–820, 856–63, Ad. 60–302, 379–451, 540–610^a, 932–97; hic illic versus desecti, multi versus mutilati sunt

ε = codex Einsidlensis II (bibl. monast. Eins. 362) (duo folia

quae Andr. 102–272, 955–1053 continent nunc in cod. Sangallensi 1394 exstant) saec. x; desunt Andr. 125–954, 962–81, Eun. 1–27, 38–101, Hecyra, Phormio, Ad. 33–350, 387–997. In Adelphis ε exemplar codicis η esse videtur

ω = librorum consensus

Σ = libri praeter *A*; recensionis Calliopianae eos esse subscriptiones in fine comoediarum testantur

γ = λ*CPEF*υπηε; exhibent (scil. praeter λ) comoedias hoc ordine: Andr. Eun. Haut. Ad. Hec. Phorm.

δ = *DGLpVa*; exhibent (scil. praeter *Va*) comoedias hoc diverso ordine: Andr. Ad. Eun. Phorm. Haut. Hec.

Codicem Basilicanum (bibl. Basil. Vat. H 79 = *B*), quo Umpfenbach in editione critica quae apud Weidmannos Berolini anno MDCCCLXX prodiit praeter libros *ACPDGVEF* usus est, Haulero auctore seclusi. *L* iam Dziatzko in usum editionis stereotypae (Lipsiae MDCCCLXXXIV) contulit. Omnes libros supra notatos iterum excussi. Scito λ*p*aπυηε nunc primum ad Terentii comoedias recensendas adhiberi.

ROBERT KAUER.

FABVLARVM ORDO

ALIA SIGLA

Don. = lectio commemorata (non dico approbata) a Donato. Lemmata quae nunc apparent in codicibus eius commentarii idoneos esse testes negamus. Ne voci quidem 'legitur et' fidem semper dandam monui (*Class. Quart.* xx. 103)

n. l. = non legitur

h. l. = hoc loco

v. g. = verbi gratia

exp. = expunxit

dist. = distinxit

Gramm. = Grammatici (v. g. Pompeius, Nonius, etc.), quorum testimonia habes in Umpfenbachiana Terentii editione

gl. I, *gl. II* = deperditi duo codices de quibus alibi scripsi (*Class. Quart.* xix. 101 'Two Lost Manuscripts of Terence')

ANDRIA

DIDASCALIA

(deest)

Cf. Don. 36, 3 *W.* Haec prima facta est, acta ludis Megalensibus M. Fulvio M'. Glabrione Q. Minucio Valerio aedilibus curulibus. Egerunt L. Atilius Praenestinus et L. Ambivius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudi filius (!) tibiis paribus dextris vel sinistris. Et est tota Graeca (!). Edita M. Marcello C. Sulpicio consulibus.

Andr. habent : A (nonnisi 889-fin.), C (praeter 804-53), D (praeter 98-179, 384-453, 846-903), E (praeter perioch., 1-39). η (praeter 1-90, 128-47, 287-96, 385-489, 690-981), ε (praeter 125-954, 962-81), GL (praeter 74-376), P (praeter 804-53), p (praeter 1-304), V (nonnisi 912-81), v.

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

Sororem falso creditam meretriculae
genere Andriae, Glycerium, vitiat Pamphilus
gravidaque facta dat fidem uxorem sibi
fore hanc; nam aliam pater ei desponderat,
gnatam Chremetis, atque ut amorem comperit,
simulat futuras nuptias, cupiens suus
quid haberet animi filius cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus.
sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
mox filiam Glycerium insperato adgnitam
hanc Pamphilo, aliam dat Charino coniugem.

PERI. 4 namque *edd.* 8 persuasu *edd.* 12 dat aliam Σ

PERSONAE

(Prologvs)
Simo Senex
Sosia Libertvs
Davos Servos
Mysis Ancilla
Pamphilvs Advlescens
Charinvs Advlescens
Byrria Servos
Lesbia Obstetrix
Glycerivm Virgo
Chremes Senex
Crito Senex
Dromo Lorarivs
(cantor)

PROLOGVS

Poeta quom primum animum ad scribendum adpulit,
id sibi negoti credidit solum dari,
populo ut placerent quas fecisset fabulas.
verum aliter evenire multo intellegit;
nam in prologis scribundis operam abutitur,
non qui argumentum narret sed qui malevoli
veteris poetae maledictis respondeat.
nunc quam rem vitio dent quaeso animum adtendite.
Menander fecit Andriam et Perinthiam.
qui utramvis recte norit ambas noverit:
non ita dissimili sunt argumento, [s]et tamen
dissimili oratione sunt factae ac stilo.
quae convenere in Andriam ex Perinthia
fatetur transtulisse atque usum pro suis.
id ĭsti vituperant factum atque in eo disputant
contaminari non decere fabulas.
faciuntne intellegendo ut nil intellegant?
qui quom hunc accusant, Naevium Plautum Ennium
accusant quos hic noster auctores habet,
quorum aemulari exoptat neglegentiam
potius quam istorum obscuram diligentiam.
de(h)inc ut quiescant porro moneo et desinant
male dicere, malefacta ne noscant sua.
favete, adeste aequo animo et rem cognoscite,
ut pernoscatis ecquid spe͡i sit relicuom,
posthac quas faciet de integro comoedias,
spectandae an exigendae sint vobis prius.

1 app. *etiam Gramm.*; *Donatum de varia lectione scripsisse non constat* 2 so. cr. *G* 3 fecit *G* 5 -ram *etiam Gramm.* : -ra *C^2Pv* 8 vi. dent rem *D* adt. *Don.*, *Nonius* 39 (*sed non ex suo codice*) : advortite (-er-) Σ *Priscian.* ii. 357 11 non ita *etiam Don.* ('ita pro valde') sed Σ (*praeter G*) : et *Bentley* : *del. Kauer* 12 sunt or. ac (*om.* fa.) *G* 14 tr. se *DL*

ACTVS I

1 SIMO SOSIA

SI. Vos istaec intro auferte: abite.—Sosia,
ades dum: paucis te volo. *SO.* dictum puta:
nempe ut curentur recte haec? *SI.* immo aliud. *SO.* quid est
quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
SI. nil istac opus est arte ad hanc rem quam paro,
sed eis quas semper in te intellexi sitas,
fide et taciturnitate. *SO.* exspecto quid velis.
SI. ego postquam te emi, a parvolo ut semper tibi
apud me iusta et clemens fuerit servitus
scis. feci ex servo ut esses libertus mihi,
propterea quod servibas liberaliter:
quod habui summum pretium persolvi tibi.
SO. in memoria habeo. *SI.* haud muto factum. *SO.* gaudeo
si tibi quid feci aut facio quod placeat, Simo,
et ĭd gratum fŭisse advorsum te habeo gratiam.
sed hŏc mihi molestumst; nam istaec commemoratio
quasi exprobratiost inmemoris benefici.
quin tu uno verbo dic quid est quod me velis.
SI. ita faciam. hoc primum in hac re praedico tibi:
quas credis esse has non sunt verae nuptiae.
SO. quor simulas igitur? *SI.* rem omnem a principio audies:
e͡o pacto et gnati vitam et consilium meum
cognosces et quid facere in hac re te velim.
nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, ⟨et⟩
† liberius vivendi fuit potestas † (nam antea

30 haec re. *G* 31 eff. ars *D* 33 *vel* ĭs int. in te *L* 34 et *om. L* 40 multo ('damno, reprehendo') *Don.* SO. fa. gau. *Paumier* 42 -rsus *Don.* (?) 44 -ris *etiam Don.* ('cuius nemo meminerit'): -ri *edd.* 45 d. quod est *G*: siquid est (?) *Don. ad Ad.* 952 quid me *CPv* (*recte*?) 46 -dicto $P^1D^1Ev^1$: -dito *G* 47 has esse *D* 49 ut gn. *E* 50 quod *G* te in hac re δ 51–2 So. . . potestas *secl. C. F. Hermann*: So. liberiust vi. huic po. *Kauer*

qui scire posses aut ingenium noscere,
dum aetas metus magister prohibebant? *SO.* itast.)
SI. quod plerique omnes faciunt adulescentuli,
ut animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
alere aut canes ad venandum aut ad philosophos,
horum ille nil egregie praeter cetera
studebat et tamen omnia haec mediocriter.
gaudebam. *SO.* non iniuria; nam id arbitror
adprime in vita esse utile, ut nequid nimis.
SI. sic vita erat: facile omnis perferre ac pati;
cum quibus erat quomque una îs sese dedere,
eōrum obsequi studiis, adversus nemini,
numquam praeponens se illis; ita ŭt facillume
sine ĭnvidia laudem invenias et amicos pares.
SO. sapienter vitam instituit; namque hoc tempore
obsequium amicos, veritas odium parit.
SI. interea mulier quaedam abhinc triennium
ex Andro commigravit huc viciniae,
inopia et cognatorum neglegentia
coacta, egregia forma atque aetate integra.
SO. ei, vereor nequid Andria adportet mali!
SI. primo haec pudice vitam parce ac duriter
agebat, lana ac tela victum quaeritans;
sed postquam amans accessit pretium pollicens
unus et item alter, ita ut ingeniumst omnium
hominum ab labore proclive ad lubidinem,
accepit condicionem, de(h)inc quaestum occipit.
qui tum illam amabant forte, ita ut fit, filium
perduxere illuc, secum ut una esset, meum.
egomet continuo mecum "certe captus est:

54 -bat D^1G 61 ut *om. E* 64 horum *v* 65 se il. pr. ε 70 *Don.*: huic viciniae Σ (-ia C^1P^1), *Nonius* 499: huc viciniam *Don.* ('legitur et viciniam'; *cf. ad Ph.* 368) (*recte*?): *de Prisciano* ii. 187 *non liquet* 73 nequod *G* 74 *Gramm.*: -mum Σ 75 ac D^2 *Gramm.*: et *cett.*, *Don. ad* 274 *post* tela (*non* ag.) *dist. Don.* 80 *an* uti?

habet". observabam mane illorum servolos
venientis aut abeuntis : rogitabam "heus puer,
dic sodes, quis heri Chrysidem habuit?" nam Andriae
illi id erat nomen. *SO.* teneo. *SI.* Phaedrum aut Cliniam
dicebant aut Niceratum ; † nam î tres tum simul †
amabant. "eho quid Pamphilus?" "quid? symbolam
dedit, cenavit." gaudebam. item alio die
quaerebam : comperibam nil ad Pamphilum
quicquam attinere. enĭmvero spectatum satis
putabam et magnum exemplum continentiae ;
nam qui cum ingeniis conflictatur ei(u)s modi
neque commovetur animus in ea re tamen,
sciăs posse habere iam ipsum sūae vitae modum.
quom id mihi placebat tum uno ore omnes omnia
bona dicere et laudare fortunas meas,
qui gnatum haberem tali ingenio praeditum.
quid verbis opus est? hac fama inpulsus Chremes
ultro ad me venit, unicam gnatam suam
cum dote summa filio uxorem ut daret.
placuit : despondi. hic nuptiis dictust dies.
SO. quid obstat quor non verae fiant? *SI.* audies.
ferme in diebu' paucis quibus haec acta sunt
Chrysis vicina haec moritur. *SO.* o factum bene!
beasti ; ēi metui a Chryside. *SI.* ibi tum filius
cum illis qui amabant Chrysidem una aderat frequens ;
curabat una funu' ; tristis interim,
nonnumquam conlacrumabat. placuit tum id mihi.
sic cogitabam "hic parvae consuetudinis
causa huiu' mortem tam fert familiariter :

84 rogabam *E* 86 *an* illae (*hic et ubique*)? 87 Nicaretum *edd.* (*sed cf.* Niceratus *in Menandri Samia*) nam *vel* tum *secl. edd.* : *an secludend.* tres (*post* ii)? tres *etiam Don. ad* 77 88 -lum $P^2DG\epsilon$ 89 alia *G* 100 ad me advenit P^1 103 quid igitur ob. *Gv*, *schol. C*, *schol.* η 104 *Charisius p.* 199 : fere Σ (*cf. Charis.* 'at qui detracta M littera legerunt fere') 105 haec vi. *G* 106 ei *om.* $CPv^1\eta$ 107 amarant *Muretus*

quid si ipse amasset? quid hĭc mihi faciet patri?"
haec ego putabam esse omnia humani ingeni
mansuetique animi officia. quid multis moror?
egomet quoque eiu' causa in funus prodeo,
nil suspicans etiam mali. *SO.* hem quid id est? *SI.* scies.
ecfertur; imus. interea inter mulieres
quae ibi aderant forte unam aspicio adulescentulam
forma . . *SO.* bona fortasse. *SI.* et voltu, Sosia,
adeo modesto, adeo venusto ut nil supra.
quia tum mihi lamentari praeter ceteras
visast et quia erat forma praeter ceteras
honesta ac liberali, accedo ad pedisequas,
quae sit rogo: sororem esse aiunt Chrysidis.
percussit ilico animum. attat hoc illud est,
hinc illae lacrumae, haec illast misericordia.
SO. quam timeo quorsum evadas! *SI.* funus interim
procedit: sequimur; ad sepulcrum venimus;
in ignem inpositast; fletur. interea haec soror
quam dixi ad flammam accessit inprudentius,
sati' cum periclo. ibi tum exanimatus Pamphilus
bene dissimulatum amorem et celatum indicat:
adcurrit; mediam mulierem complectitur:
"mea Glycerium," inquit "quid agis? quor te is perditum?"
tum illa, ut consuetum facile amorem cerneres,
reiecit se in eum flens quam familiariter!
SO. quid ais? *SI.* redeo inde iratus atque aegre ferens;
nec satis ad obiurgandum causae. diceret
"quid feci? quid commerui aut peccavi, pater?
quae sese in ignem inicere voluit, prohibui
servavi." honesta oratiost. *SO.* recte putas;
nam si illum obiurges vitae qui auxilium tulit,

113 ego *om.* *G* 116 *Ev*: quid est id *G*: quid est *cett.* 121 CP^1v^2: quae tum *cett.*: quae cum *Bentley* 122 *om.* $P^1G^1\epsilon^1$ et quae v^2 123 ad *om.* η 125 -ssi *v* 129 posita *C* 132 diu cel. *E* 133 ampl. *G* 137 agis Gv^1 142 quia v^1 tul. aux. *G*

quid facias illi qui dederit damnum aut malum?
SI. venit Chremes postridie ad me clamitans:
indignum facinu'; comperisse Pamphilum
pro uxore habere hanc peregrinam. ego ĭllud sedulo
negare factum. ille instat factum. denique
ita tum discedo ab illo, ut qui se filiam
neget daturum. *SO.* non tu ibi gnatum . . ? *SI.* ne haec quidem
sati' vehemens causa ad obiurgandum. *SO.* qui? cedo.
SI. "tute ipse his rebu' finem praescripsti, pater:
prope adest quom alieno more vivendumst mihi:
sine nunc meo me vivere interea modo."
SO. qui igitur relictus est obiurgandi locus?
SI. si propter amorem uxorem nolet ducere:
ea primum ab illo animum advortenda iniuriast;
et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
vera obiurgandi causa sit, si deneget;
simul sceleratu' Davo' siquid consili
habet, ut consumat nunc quom nil obsint doli;
quem ego credo manibu' pedibu'que obnixe omnia
facturum, magis id adeo mihi ut incommodet
quam ut obsequatur gnato. *SO.* quapropter? *SI.* rogas?
mala mens, malus animu'. quem quidem ego si sensero . .
sed quid opust verbis? sin eveniat quod volo,
in Pamphilo ut nil sit morae, restat Chremes
cui mi expurgandus est: et spero confore.
nunc tuŏmst officium has bene ut adsimules nuptias,
perterrefacias Davom, observes filium
quid agat, quid cŭm ĭllo consili captet. *SO.* sat est:
curabo. *SI.* eamu' nunciam intro: i prae, sequar.

143 facies *G* 145 comperisse se G^1 148 ab īllo *suspicionem movet* 152 pr. est *E* 153 *edd.*: me meo Σ: meo C^1 154 quis *CG* 155 *Don.*: nolit Σ 156 *cf. ad* 148 165 sine Σ 167 *Don.* ('et cui per Q veteres scripserunt'): qui mi exorandus est Σ *vel* quoi (*cf. ad Phorm.* 69) 171 SI.] *ante* i prae Σ -ar *P*, *schol. G*, *Evη*: -or *cett.*

SIMO DAVOS ii

SI. Non dubiumst quin uxorem nolit filius;
ita Davom modo timere sensi, ubi nuptias
futuras esse audivit. sed ĭpse exit foras.

DA. mirabar hoc si sic abiret et eri semper lenitas
verebar quorsum evaderet.
qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
numquam quoiquam nostrum verbum fecit neque id aegre tulit.
SI. at nunc faciet neque, ut opinor, sine tuo magno malo.
DA. id voluit nos sic necopinantis duci falso gaudio,
sperantis iam amoto metu, interoscitantis opprimi,
nĕ esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias:
astute. *SI.* carnufex quae loquitur? *DA.* erus est neque provideram.
SI. Dave. *DA.* hem quid est? *SI.* eho dum ad me. *DA.* quid hĭc volt? *SI.* quid ais? *DA.* qua de re? *SI.* rogas?
mĕŭm gnatum rumor est amare. *DA.* id populu' curat scilicet.
SI. hoccin agis an non? *DA.* ego vero istuc. *SI.* sed nunc ea me exquirere
iniqui patris est; nam quod ant(e)hac fecit nil ad me attinet.
dum tempus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suom;
nunc hic dĭēs aliam vitam defert, alios mores postulat:
de(h)inc postulo sive aequomst te oro, Dave, ut redeat iam in viam.

175 et *om.* C^1 179 *vel* opino[r] (*hic et ubique*) 180 falsos C^1 181 $C^1DG^2E^2$: interea osc. *cett.* 182 ut ne *edd.* 184 quid agis *DG* 186 me *om.* *G* 189 def. *Cic. Fam.* xii. 25, 5: adfert Σ

hoc quid sit? omnes quĭ amant graviter sibi dari uxorem ferunt.
DA. ita aiunt. *SI.* tum siquis magistrum cepit ad eam rem inprobum,
ipsum animum aegrotum ad deteriorem partem plerumque adplicat.
DA. non hercle intellego. *SI.* non? hem. *DA.* non: Davo' sum, non Oedipus.
SI. nempe ergo aperte vis quae restant me loqui? *DA.* sane quidem.
SI. si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
fallaciae conari quo fiant minus,
aut velle in ĕā re ostendi quam sis callidus,
verberibu' caesum te in pistrinum, Dave, dedam usque ad necem,
eă lege atque omine ut, si te inde exemerim, ego pro te molam.
quid, hoc intellexti[n]? an nondum etiam ne hoc quidem? *DA.* immo callide:
ita aperte ipsam rem modo locutu's, nil circum itione usus es.
SI. ubivis faciliu' passu' sim quam in hac re me deludier.
DA. bona verba, quaeso! *SI.* inrides? nil me falli'. sed dico tibi:
ne temere facias; neque tu haud dicas tibi non praedictum: cave!

iii DAVOS

Enĭmvero, Dave, nil locist segnitiae neque socordiae,
quantum intellexi modo senis sententiam de nuptiis:

191 DA. hoc . . SI. omnes C^2P^2 (*non Don.*) sibi gr. *G* 192 accepit η^1 194 hem *om.* C^1P 196 te in his *G* 197 quo non fi. mi. *E* 200 inde te ex. η 201 -xti *G* (*ex* -xtin) 202 usor *Don.* 203 me re *v* 204 sed hoc dico P^1: edico *Don. ad* 495 (*recte*?) 205 haud di. *Don.* (*qui illud* haud *testatur, non* dicas): hoc dicas D^1G: hoc dices *cett.* (h. tu d. *E*) I. iii *nulla nova scaena in* γ

quae si non astu providentur, me aut erum pessum dabunt.
nec quid agam certumst, Pamphilumne adiutem an auscultem seni.
si illum relinquo, ei(u)s vitae timeo; sin opitulor, hui(u)s minas,
quoi verba dare difficilest: primum iam de amore hoc comperit;
me infensu' servat nequam faciam in nuptiis fallaciam.
si senserit, perii: aut si lubitum fuerit, causam ceperit
quo iure quaque iniuria praecipitem [me] in pistrinum dabit.
ad haec mala hoc mi accedit etiam: haec Andria,
si[ve] ista uxor sive amicast, gravida e Pamphilost.
audireque eorumst operae pretium audaciam
(nam inceptiost amentium, haud amantium):
quidquid peperisset decreverunt tollere.
et fingunt quandam inter se nunc fallaciam
civem Atticam esse hanc: "fuit olim quidam senex
mercator; navim is fregit apud Andrum insulam;
is obiit mortem." ibi tum hanc eiectam Chrysidis
patrem recepisse orbam parvam. fabulae!
miquidem hercle non fit veri simile; atque ipsis commentum placet.
sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forum ut
conveniam Pamphilum, ne de hac re pater inprudentem opprimat.

MYSIS iv

Audivi, Archylis, iamdudum: Lesbiam adduci iubes.
sane pol illa temulentast mulier et temeraria

209 ne quid C^1 212 ne aliquam *G* in *om. CPD*^{1} (nequam fall. nu.), *Gv* 213 aut *secl. Conradt* 220 inter se qu. *G* nunc *om. E* 221 ol. hinc qu. *Bentley* (*rhythmo consulens*) 222 is *om. G* 225 similis G^1 atque *etiam Don. ut vid.* 228 'utrum iamd. audivi an iamd. iubes incerta distinctio est' *Don.*

nec sati' digna quoi committas primo partu mulierem.
tamen eam adducam? inportunitatem spectate aniculae
quia compotrix eius est. di, date facultatem obsecro
huic pariundi atque illi in aliis potiu' peccandi locum.

sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid siet.
opperiar, ut sciam num quid nam haec turba tristitiae adferat.

v

PAMPHILVS MYSIS

PA. Hoccinĕst humanum factu aut inceptu? hoccin[est] officium patris?
MY. quid ĭllud est? *PA.* pro de͡um fidem quid ĕst, si haec non contumeliast?
uxorem decrerat dare sese mi hodie: nonne oportuit
praescisse me ante? nonne priu' communicatum oportuit?
MY. miseram me, quod verbum audio!

PA. quid? Chremes, qui denegarat se commissurum mihi
gnatam su͡am uxorem, id mutavit quia me inmutatum videt?
itane obstinate operam dat ut me a Glycerio miserum abstrahat?
quod si fit pereo funditus.
adeon hominem esse invenustum aut infelicem quemquam ut ego sum!
pro deum atque hominum fidem!

230 in pr. *v* 231 obsecro sp. an. *G*: sp. an. obsecro C^2, *schol. D*, *Ev* (*cf. ad* 232) 232 fac. date *E* facilitate *G* obs. *om.* D^2GEv 233 in al. illi *G* 235 num *Don. gl. II*: nunc Σ turbae tristitia *Bentley* 236 *Don.*: -tum a. -tum Σ 237 pro d. atque hominum fi. C^2D, *schol. v*: pro d. fi. atque hom. *GE* hoc *Bentley* non *om. G* 238 da. ho. sese P^2 ho. *om.* $C^1P^1v^1$ 242 *D*: quoniam *cett.*: quoniam *vel* quia *Donati codd. ad* 392 (q. me inm.) 243 ut] quo *schol. D* 245 esse hom. *D*

nullon ego Chremeti' pacto adfinitatem effugere potero?
quot modis contemptu' spretu'! facta transacta omnia. hem
repudiatu' repetor. quăm ŏb rem? nisi si id est quod suspicor:
aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest,
itur ad me. *MY.* oratio haec me miseram exanimavit metu.
PA. nam quid ego dicam de patre? ah
tantamne rem tam neglegenter agere! praeteriens modo
mi apŭd forum "uxor tibi ducendast, Pamphile, hodie" inquit: "para,
abĭ domum." id mihi visust dicere "abĭ cito ac suspende te."
obstipui. censen me verbum potuisse ullum proloqui? aut
ullam causam, ineptam saltem falsam iniquam? obmutui.
quod si ego rescissem id priu', quid facerem siquis nunc me roget:
aliquid facerem ut hoc ne facerem. sed nunc quid primum exsequar?
tot me inpediunt curae, quae meum animum divorsae trahunt:

amŏr, misericordia huiu', nuptiarum sollicitatio,
tum patri' pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc
quae me͡o quomque animo lubitumst facere. e͡ine ego ut ădvorser? ei mihi!
incertumst quid agam. *MY.* misera timeo "incertum" hoc quorsus accidat.
sed nunc peropust aut hunc cum ipsa aut de illa aliquid me advorsum hunc loqui:

248 *vel* em 249 nisi id est *DE* (*non Sacerd. p.* 445): nisi dem *G* 252 e. nunc di. *DG* aha *CPD* 255 ac] et *G* 256 illum *G* 258 si *om.* P^1 264 quorsum Σ (incertumst h. q. *Klette*) 265 al. de illa Σ adversus *D*

dum in dubiost animu', paullo momento huc vel ĭlluc impellitur.
PA. quis hĭc loquitur? Mysis, salve. *MY.* o salve, Pamphilē. *PA.* quid agit? *MY.* rogas?
laborat e dolore atque ex hoc misera sollicitast, diem
quia olim in hunc sunt constitutae nuptiae. tum autem hoc timet,
ne deseras se. *PA.* hem egone istuc conari queam?
egŏn propter me illam decipi miseram sinam,
quae mihi suom animum atque omnem vitam credidit,
quam ego animo egregie caram pro uxore habuerim?
bene et pudice ei(u)s doctum atque eductum sinam
coactum egestate ingenium inmutarier?
non faciam. *MY.* haud verear si in te solo sit situm;
sed vĭm ŭt queas ferre. *PA.* adeon me ignavom putas,
adeon porro ingratum aut inhumanum aut ferum,
ut neque me consuetudo neque amor neque pudor
commoveat neque commoneat ut servem fidem?
MY. unum hoc scio, hanc meritam esse ut memor esses sui.
PA. memor essem? o Mysis Mysis, etiam nunc mihi
scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
de Glycerio. iam ferme moriens me vocat:
accessi; vos semotae: nos soli: incipit
"mi Pamphile, huiu' formam atque aetatem vides,
nec clam te est quăm ĭlli nunc utraeque inutiles
et ad pudĭcitiam et ad rem tutandam sient.
quod ego per hanc te dexteram [oro] et genium tuom,

266 vel *etiam Lact. Plac. in Theb.* xi. 139   267 sa. o Pam. *G*   agat C^1 268 die CP^1D 269 sunt *om.* D^1G 270 se *om. E*   hem *om. G*   273 -rit C^1 276 -or P^2D^2 sit so. *G* : solum sit *D*   277 vim ut *etiam Don. ad* 695   281 hanc *om.* C^1P me. hanc esse *schol. C*   287 n. utr. res inut. *DGEvη Priscian.* ii. 51 *lectionem* utiles *agnovisse Donatum nullo modo constat*   289 te per hanc Σ   oro] *superscr.* C^1P^1 : *schol. P notis Tironianis* 'non habet' (*scil.* antiquus liber)   gen. *Don.* : ingenium Σ

per tuăm fidem perque huiu' solitudinem
te obtestor ne abs te hanc segreges neu deseras.
si te in germani fratri' dilexi loco
sive haec te solum semper fecit maxumi
seu tibi morigera fuit in rebus omnibus,
te isti virum do, amicum tutorem patrem;
bona nostra haec tibi permitto et tuăe mando fide[i]."
hanc mi in manum dat; mors continuo ipsam occupat.
accepi: acceptam servabo. *MY.* ita spero quidem.

PA. sed quor tu abis ab ĭlla? *MY.* obstetricem acerso.
PA. propera. atque audin?
verbum unum cavĕ de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam . .
MY. teneo.

ACTVS II

CHARINVS BYRRIA PAMPHILVS i

CH. Quid ais, Byrria? datŭrne illa Pamphilo hodie nuptum? *BY.* sic est.
CH. qui scis? *BY.* apŭd forum modo ĕ Davo audivi. *CH.* vae misero mihi!
ut animus in spe atque in timore usque ant(e)hac attentus fuit,
ita, postquam adempta spes est, lassu' cura confectus stupet.
BY. quaeso edepol, Charine, quoniam non potest id fieri quod vis,

290 perque] per *D* (et *superscript.*) fortitudinem D^1: sollicitudinem E^1 *Don.* (?) 291 hanc abs te *G* 293 te haec *γ* maxume *E* 297 ipsam *etiam Don. ad Ad.* 457 301 daturne *etiam Don. ad* 337, *Ad.* 284 ho. *om. P* 302 e Da. mo. D^1G^1

id velis quod possit. *CH.* nil volo aliud nisi Philumenam. *BY.* ah
quanto satiust te id dare operam qui istum amorem ex animo amoveas [tuo],
quam id loqui quo mage lubido frustra incendatur tua!

CH. facile omnes quom valemu' recta consilia aegrotis damus.
tu si hic sis aliter sentias. *BY.* age age, ut lubet. *CH.* sed Pamphilum
video. omnia experiri certumst priu' quam pereo. *BY.* quid hic agit?
CH. ipsum hunc orabo, huic supplicabo, amorem huic narrabo meum:
credo impetrabo ut aliquot saltem nuptiis prodat dies:
interea fiet aliquid, spero. *BY.* id "aliquid" nil est. *CH.* Byrria,
quid tibi videtur? adeon ad eum? *BY.* quidni? si nil impetres,
ut te arbitretur sibi paratum moechum, si illam duxerit.
CH. abĭn hinc in malam rem cum suspicione istac, scelus?
PA. Charinum video. salve. *CH.* o salve, Pamphile:

ad te advenio spem salutem auxilium consilium expetens.
PA. neque pol consili locum habeo neque ad auxilium copiam.

306 possis *August. Civ.* ii. 52 *H., etc.* n. al. vo. *D* 307 ab an. amov. t. δ: ex corde eicias *Don.* (?) (*om.* tuo?) tuo *etiam August. Civ.* ii. 17 *H.* 310 sis] esses *Priscian.* ii. 191 312 ip. h. *etiam Priscian.* ii. 316 317 abi C^2D *GpEv*η 319 ad te *om.* D^1G adv. *etiam Priscian.* ii. 194; 155 cons. aux. *G* (*non Don.*) 320 loc. hab. pol cons. *G* -liis C^1P^1 ad auxiliandum D^1p: auxilii $C^1PD^2G^2Ev\eta$: auxiliis G^1

sed ĭstuc quidnamst? *CH.* hodie uxorem ducis? *PA.* aiunt. *CH.* Pamphile,
si id facis, hodie postremum me vides. *PA.* quid ita? *CH.* ei mihi,
vereor dicere: huic dic quaeso, Byrria. *BY.* ego dicam. *PA.* quid est?
BY. sponsam hic tuam amat. *PA.* nĕ ĭste haud mecum sentit. eho dum dic mihi:
num quid nam ampliu' tibi cŭm ĭlla fŭĭt, Charine? *CH.* ah[a], Pamphile,
nil. *PA.* quam vellem! *CH.* nunc te per amicitiam et per amorem obsecro,
principio ut ne ducas. *PA.* dabo equidem operam. *CH.* sed si id non potest
aut tibi nuptiae hae sunt cordi, *PA.* cordi! *CH.* saltem aliquot dies
profer, dum proficiscor aliquo ne videam. *PA.* audi nunciam:
ego, Charine, ne utiquam officium liberi esse hominis puto,
quom is nil mereat, postulare id gratiae adponi sibi.
nuptias effugere ego istas malo quam tu adipiscier.
CH. reddidisti animum. *PA.* nunc siquid potēs aut tŭ aŭt hic Byrria,
facite fingite invenite efficite qui detur tibi;
ego id agam mihi qui ne detur. *CH.* sat habeo. *PA.* Davom optume
video, quoi(u)s consilio fretu' sum. *CH.* at tu hercle haud quicquam mihi,
nisi ea quae nil opu' sunt scire. fugin hinc? *BY.* ego vero ac lubens.

324 am. tu. *v* 326 quem D^1 326–7 principio obs. *G* 327 potes $C^2PD^2Gp v\eta$ (*non Don.*) 328 hae s. nu. *G* *vel* hae(c) (*hic et ubique*) 329 -scar P^2E 331 mer. *Don*, *Serv. ad Aen.* vi. 664: promereat Σ poni *G Serv.* (*recte?*) 332 ego ĭstas nu. eff. *Phillimore* 333 aut (*prius*) *om. v* 337 scires E^1: -ri *Fabricius*

ii DAVOS CHARINVS PAMPHILVS

DA. Di boni, boni quid porto ? sed ubi ĭnveniam Pamphilum,
ut metum in quo nunc est adimam atque expleam animum gaudio ?
CH. laetus est nescioquid. *PA.* nil est : nondum haec rescivit mala.
DA. quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas nuptias . .
CH. audin tu illum ? *DA.* toto me oppido exanimatum quaerere.
sed ubi quaeram ? quo nunc primum intendam ? *CH.* cessas conloqui ?
DA. habeo. *PA.* Dave, ades resiste. *DA.* quis homost, qui me . . ? o Pamphile,
te ipsum quaero. eugae, Charine ! ambo opportune : vos volo.
PA. Dave, perii. *DA.* quin tu hoc audi. *CH.* interii. *DA.* quid timeas scio.
PA. mea quidem hercle certe in dubio vitast. *DA.* et quid tu, scio.
PA. nuptiae mi . . *DA.* etsi scio ? *PA.* hodie . . *DA.* obtundis, tam etsi intellego ?
id paves ne ducas tŭ ĭllam ; tŭ aŭtem ut ducas. *CH.* rem tenes.
PA. istuc ipsum. *DA.* atque istuc ipsum nil periclist : me vide.

342 audi *p* -rem *G* : -ret E^1 343 aut quo *DpE, schol. v* D^1p : adl. *cett.* 344 *Don.* : abeo Σ adis *E* o *om. p* 345 eugae] hem *Charisius* 119 volo vos *D* 346 CH. *Don.* : PA. Σ 347 PA. *Don.* : CH. Σ certe *om.* $pE\eta$ (*non Don.*) est vi. δ quod tu *E* 348 et id scio C^2p, *schol. v*, η^2 *Don.* : et is sc. C^3 et is int. C^2 349 cave *C* : caves P^1 : praecaves *schol. D*, $G^1p^2Ev\eta$ tu (*prius*) *om. G* aut. adduc. *G* 350 is. . . is.] hoc . . hoc *Priscian.* ii. 6 : *an* istoc ?

PA. obsecro te, quam primum hoc me libera miserum metu. *DA.* em
libero: uxorem tibi non dat iam Chremes. *PA.* qui scis? *DA.* scio.
tuo' pater modo me prehendit: ai͡t tibi uxorem dare
hodie, item alia multa quae nunc non est narrandi locus.
continuo ad te properans percurro ad forum ut dicam haec tibi.
ubi te non invenio ibi escendo in quendam excelsum locum,
circumspicio: nusquam. forte ibi huiu' video Byrriam;
rogŏ: negat vidisse. mihi molestum; quid agam cogito.
redeunti interea ex ipsa re mi incidit suspicio "hem
paullulum opsoni; ipsu' tristis; de inproviso nuptiae:
non cohaerent." *PA.* quorsu' nam istuc? *DA.* ego me continuo ad Chremem.
quom illo advenio, solitudo ante ostium: iam id gaudeo.
CH. recte dici'. *PA.* perge. *DA.* maneo. interea intro ire neminem
video, exire neminem; matronam nullam in aedibus,
nil ornati, nil tumulti: accessi; intro aspexi. *PA.* scio:
magnum signum. *DA.* num videntur convenire haec nuptiis?
PA. non opinor, Dave. *DA.* "opinor" narras? non recte accipis:
certa res est. etiam puerum inde abiens conveni Chremi:
holera et pisciculos minutos fer[r]e obolo in cenam seni.
CH. liberatu' sum hodie, Dave, tua opera. *DA.* ac nullus quidem.

351 me *om.* $G^1E\eta$ de hoc me *Arusian.* 490 mis. lib. δ hem Σ 352 lib. te v ti. ux. Gp scis] scies p 353 appr. *schol.* C, $DpEv\eta$ ait sese t. P^2 353–4 d. sese ho. *schol.* C, $DpEv\eta$: d. se ho. G^2 355 ti. h. CP, *schol.* G, $Ev\eta$: hoc ti. p 356 C^1P^1p : asc. *cett.* lo. exc. G 357 i. f. δ vi. hu. η 358 vi. se Σ 360 ipse C^1P : ipsius p^1 361 CH. non CP^1v quorsum Σ egomet co. D^1G^2p *Don.* 362 illuc γ (*praeter* v) : illoc δv venio *Kauer* (*cf. ad Haut.* 407) 364 nu. iam aed. $D^1G\eta$ 366 sig.] gaudium v 367 narrat G^1 368 Chremi $E^1\eta^1$ *Don.* : -mis *cett.*, *Gramm.* 369 senis v 370 PA. lib. *schol.* C, $P^2D^1pE^1v$ Da. ho. *Priscian.* ii. 78

CH. quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. *DA.* ridiculum caput,
quasi necesse sit, si huic non dat, tĕ ĭllam uxorem ducere,
nisi vides, nisi senis amicos oras ambis. *CH.* bene mones:
ibo, etsi hercle saepe iam me spes haec frustratast. vale.

iii PAMPHILVS DAVOS

PA. Quid igitur sibi volt pater? quor simulat? *DA.* ego dicam tibi.
si id suscenseat nunc quia non det tibi uxorem Chremes,
ipsu' sibi esse iniuriu' videatur, neque id iniuria,
priu' quam tu͡om ut sese habeat animum ad nuptias perspexerit:
sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:
tŭm ĭllae turbae fient. *PA.* quidvis patiar. *DA.* pater est, Pamphile:
difficilest. tum haec solast mulier. dictum [ac] factum invenerit
aliquam causam quam ob rem eiciat oppido. *PA.* eiciat? *DA.* cito.
PA. cedo igitur quid faciam, Dave? *DA.* dic te ducturum. *PA.* hem. *DA.* quid est?
PA. egŏn dicam? *DA.* quor non? *PA.* numquam faciam. *DA.* ne nega.
PA. suadere noli. *DA.* ex e͡a re quid fiat vide.
PA. ut ab illa excludar, hoc concludar. *DA.* non itast.
nempe hoc sic esse opinor: dicturum patrem
"ducas volo hodie uxorem"; tu "ducam" inquies:
cedo quid iurgabit tecum? hic reddes omnia.

371 non d. il. *G* 373 ores *E* 374 spes *om* P^1 375 *nova scaena Don.*: *non* Σ qu. ig. o Dave sibi *E* 377 *post* 378 *Bothe* vid. es. ini. γ 378 tu. an. ut s. ha. γ: tu. ut ha. s. an. δ 379 sed *om. G* C^1P^1: cu. omnem in *cett.* 384 egone Σ 385 qu. facias v^1 386 hoc *Don*: hac Σ ita G^1 389 *vel post* hic *distingue* obiurg. *L*

quae nunc sunt certa [ei] consilia, incerta ut sient
sine ŏmni periclo. nam hoc haud dubiumst quin Chremes
tibi non det gnatam; nec tu e͡a causa minueris
haec quae facis, ne is mutet su͡am sententiam.

patri dic velle, ut, quom velit, tibi iure irasci non queat.
nam quod tu speres "propulsabo facile uxorem his moribus;
dabĭt nemo": inveniet inopem potiu' quam te corrumpi sinat.
sed si te aequo animo ferre accipiet, neglegentem feceris;
aliam otiosu' quaeret: interea aliquid acciderit boni.
PA. ităn credis? *DA.* haud dubium id quidemst. *PA.* vidĕ quo me inducas. *DA.* quin taces?
PA. dicam. puerum autem ne resciscat mi esse ex illa cautiost;
nam pollicitus sum suscepturum. *DA.* o facinus audax! *PA.* hanc fidem
sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem.
DA. curabitur. sed pater adest. cavĕ te esse tristem sentiat.

SIMO DAVOS PAMPHILVS iv

SI. Reviso quid agant aut quid captent consili.
DA. hic nunc non dubitat quin te ducturum neges.
venit meditatus alicunde ex solo loco:
orationem sperat invenisse se
qui differat te: proin tu fac apud te ut sies.
PA. modo ŭt possim, Dave! *DA.* crede inquam hoc mihi, Pamphile,

390 ei *om.* GL^1 392 non] nunc *G* ne tu GLE^2 metueris p^1: min. *vel* met. v^1 393 facit v^1 su. mu. *CPE* mutat C^1P^1 394 velle te *schol. C, GLpEv* dum *L* 395 speras Σ (*praeter* C^1) (*non Don.*) 397 animo *om.* P^1 398 *p*: alia *cett.* al. int. *Lp*: int. (al. *om.*) *G* 399 id *om. G* quidem est id *L* 402 -turum *etiam Priscian.* ii. 17 405 nunc *om. E* 406 aliunde *E* 408 qua C^1PLp, *schol. v*

numquam hodie tecum commutaturum patrem
unum esse verbum, si te dices ducere.

v BYRRIA SIMO DAVOS PAMPHILVS

BY. Eru' me relictis rebu' iussit Pamphilum
hodie observare, ut quid ageret de nuptiis
scirem : id propterea nunc hunc venientem sequor.
ipsum adeo praesto video cum Davo : hoc agam.
SI. utrumque adesse video. *DA.* em serva. *SI.* Pamphile.
DA. quasi de inproviso respice ad eum. *PA.* ehem pater.
DA. probe. *SI.* hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.
BY. nunc nostrae timeo parti quid hĭc respondeat.
PA. neque ĭstic neque alibi tibi erit usquam in me mora. *BY.* hem.
DA. obmutuit. *BY.* quid dixit? *SI.* facis ut te decet,
quom istuc quod postulo impetro cum gratia.
DA. sum verus? *BY.* eru', quantum audio, uxore excidit.
SI. i nunciam intro, ne in mora, quom opu' sit, sies.
PA. eo.—*BY.* nullane in re esse quoiquam homini fidem!
verum illud verbumst, volgo quod dici solet,
omnis sibi malle melius esse quam alteri.
ego illam vidi : virginem forma bona
memini videri : quo aequior sum Pamphilo,
si se illam in somnis quam illum amplecti maluit.
renuntiabo, ut pro hoc malo mihi det malum.

vi DAVOS SIMO

DA. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam
portare et ea me hic restitisse gratia.

414 id *om. p* huc *L* 415 c. Da. *om.* C^1 416 em C^1P: hem *cett.*: *om. G* 419 meae v^1 420 us. er. *GLp* 422 quod] ut *G* 425 nullamne L^1 (ull. L^2), *Ev* in re *om. E* hom. cuiq. *CPEv* 427 e. me. ma. *GLp* 428 *cf. ad* 148 429 -ri (*et* -re) *Don.*: -re Σ *Gramm.* mem. me vi. *E* 430 insomnis ('vigilans') *improbat Don.* 431 det hoc malum *G* 433 rest. hic *G*

SI. quid Davo' narrat? *DA.* aeque quicquam nunc quidem.
SI. nilne? hem. *DA.* nil prorsus. *SI.* atqui exspectabam quidem.
DA. praeter spem evenit, sentio: hoc male habet virum.
SI. potin es mihi verum dicerē? *DA.* nil facilius.
SI. nŭm ĭlli molestae quidpiam haec sunt nuptiae
propter hŭiusce hospitai consuetudinem?
DA. nil hercle; aut, si adeo, biduist aut tridui
haec sollicitudo: nosti? deinde desinet.
etenim ipsu' secum eam rem reputavit via.
SI. laudo. *DA.* dum licitumst ei dumque aetas tulit,
amavit; tum id clam: cavit ne umquam infamiae
ea res sibi esset, ut virum fortem decet.
nunc uxore opus est: animum ad uxorem adpulit.
SI. subtristi' visus est esse aliquantum mihi.
DA. nil propter hanc rem, sed ĕst quod suscenset tibi.
SI. quidnamst? *DA.* puerilest. *SI.* quid id est? *DA.* nil. *SI.* quin dic, quid est?
DA. a͡it nimium parce facere sumptum. *SI.* mene? *DA.* te.
"vix" inquit "drachumis est opsonatum decem:
non filio videtur uxorem dare.
quem" inquit "vocabo ad cenam me͡orum aequalium
potissumum nunc?" et, quod dicendum hic siet,
tu quoque perparce nimium: non laudo. *SI.* tace.
DA. commovi. *SI.* ego istaec recte ut fiant videro.
quidnam hoc est rei? quid hĭc volt veterator sibi?
nam si hic malist quicquam, ĕm ĭllic est huic re͡i caput.

434 DA. *etiam Don.* ae. qu. *etiam Don.* ('hoc est nihil'), *Gloss. ps.-Plac.* ('ae. qu.: nihil') nunc *etiam Don.* 435 atque *p* (*recte?*): at *L* 436 hoc *om.* p^1 ha. ma. *E* 437 es *om. L* 438 hae **Σ** 439 -tae **Σ** h. p. c. hospitae *edd.* 442 ipse *γ* rem recta rep. *schol. C*, *schol. P*, *G* (-tam *man.* 1), *LpEv* 445 ea sibi res *E* (*quod mavult Kauer*) 446 app. *etiam Don. ad prol.* 1 447 -tulum *E* 449 id *p*: *om. cett.* 450 a. te perparce *Kauer* fa. te *schol. C* 451 -tus *schol. C*, *schol. P*, *GLpEv* 457 rei est *DL*: est rei est E^1 458 mali hem qu. ill. *G* hem *superscr.* D^1: *om. p* *an* illīc . . hic (*cf. Priscian.* i. 593)?

ACTVS III

i MYSIS SIMO DAVOS LESBIA (GLYCERIVM)

MY. Ita pol quidem res est, ut dixti, Lesbia:
fidelem haud ferme mulieri invenias virum.
SI. ab Andriast ancilla haec. *DA.* quid narras? ita est.
MY. sed hĭc Pamphilus.. *SI.* quid dicit? *MY.* firmavit fidem. *SI.* hem.
DA. utinam aut hic surdus aut haec muta facta sit!
MY. nam quod peperisset iussit tolli. *SI.* o Iuppiter,
quid ego audio? actumst, siquidem haec vera praedicat.
LE. bonum ĭngenium narras adulescentis. *MY.* optumum
sed sequere me intro, ne in mora illi sis. *LE.* sequor.—
DA. quod remedium nunc huic malo inveniam? *SI.* quid hoc?
adeon est demens? ex peregrina? iam scio: ah
vix tandem sensi stolidu'. *DA.* quid hĭc sensisse ait?
SI. haec primum adfertur iam mi ab hoc fallacia:
hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.
(*GL. intus*) Iuno Lucina, fer opem, serva me, obsecro.
SI. hui tam cito? ridiculum: postquam ante ostium
me audivit stare, adproperat. non sat commode
divisa sunt temporibu' tibi, Dave, haec. *DA.* mihin?
SI. num inmemores discipuli? *DA.* ego quid narres nescio.
SI. hicin me si inparatum in veris nuptiis
adortus esset, quos mihi ludos redderet!
nunc hui(u)s periclo fit, ego ĭn portu navigo.

459 res *om. E* dixisti (*et* dixti) *Don.* (?) : dixi *v* 460 -nies *E* 461 DA. *post* nar. Σ narrat D^1 q. narrat? DA. *Kauer* SI. itast *Bentley* 462 fidem *om.* G^1 464 o *om. G* 465 verba G^1 467 sis illi *E* sies C^1DLp 468 huic nunc *G* 469 ah *om.* D^1Lpv 470 sensisse se *CPδ* : se s. *Ev* 471 prima *schol. D, G* 477 non inm. *E* immemor es disc. (*gen. sing.*) *Don., Eugr.* 479 me *Bentley*

LESBIA SIMO DAVOS ii

LE. Adhuc, Archylis, quae adsolent quaeque oportent
signa esse ad salutem, omnia huic esse video.
nunc primum fac istaec [ut] lavet; post⟨e⟩ deinde,
quod iussi dari bibere et quantum imperavi,
date; mox ego huc revortor.
per ecastor scitu' puer est natu' Pamphilo.

dĕōs quaeso ut sit superstes, quandoquidem ipsest ingenio bono,
quomque huic est veritus optumae adulescenti facere iniuriam.—
SI. vel hoc quis [non] credat, qui te norit, abs te esse ortum? *DA.* quidnam id est?
SI. non imperabat coram quid opu' facto esset puerperae,
sed postquam egressast, illis quae sunt intu' clamat de via
o Dave, itan contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
tibi videor esse quem tam aperte fallere incipias dolis?
saltem accurate, ut metui videar certe, si resciverim.
DA. certe hercle nunc hic se ipsu' fallit, haud ego. *SI.* edixin tibi,
interminatu' sum ne faceres? num veritus? quid re tulit?
credon tibi hoc nunc, peperisse hanc e Pamphilo?
DA. teneo quid erret et quid agam habeo. *SI.* quid taces?

481 oportent *E*: -et *cett.* 482 esse (*prius*) *om.* *v* 483 *schol.* *C*, δ*Ev*: ista *CP Don.* (?) : illam *schol. Bemb. ad Ad.* 482 484 DG^1Lp^1: ei dari *cett.* (*praeter v*): ei dare *v Priscian.* ii. 156, *Explan. in Donat.* 502 485 huc *om.* C^1 D^1E: -tar *cett.* 486 na. est *GE* de Pa. *v* 488 dumque *D*: cum et *v* h. ver. est Σ: *vix* huïc veritust 489 non *om. Don.* ('ironia est') credet *E*: -it *v* esse *om. G* or. *etiam Don.* 491 int. sunt *L* int. *om.* C^1 492 itane co. D^1Lp 493 apertis p^1 494 curate D^1 (*non Don. ad* 539) certo *p* 495 hic *om.* γD^2L ip. se γL dixin D^1 496 -itus (*non* -itu's) *Don.* ('apta ellipsis irascenti') : *de* Σ *non liquet* 498 et *om.* C^1

DA. quid credas? quasi non tibi renuntiata sint haec sic fore.
SI. mihĭn quisquam? *DA.* eho ăn tute intellexti [hoc] adsimulariēr? *SI.* inrideor.
DA. renuntiatumst; nam quĭ ĭstaec tibi incidit suspicio?
SI. qui? quia te noram. *DA.* quasi tu dicas factum id consilio meo.
SI. certe enĭm scio. *DA.* non sati' me pernosti etiam quali' sim, Simo.
SI. egŏn te? *DA.* sed siquid tibi narrare occepi, continuo dari
tibi verba censes. *SI.* falso! *DA.* itaque hercle nil iam muttire audeo.
SI. hoc ego scio unum, neminem peperisse hic. *DA.* intellexti;
sed nilo setius referetur mox huc puer ante ostium.
id ego iam nunc tibi, ere, renuntio futurum, ut sis sciens,
ne tu hoc [mihi] posteriu' dicas Davi factum consilio aut dolis.
prorsus a me opinionem hanc tu͡am esse ego amotam volo.
SI. unde id scis? *DA.* audivi et credo: multa concurrunt simul
qui coniecturam hanc nunc facio. iam prius haec se e Pamphilo
gravidam dixit esse: inventumst falsum. nunc, postquam videt
nuptias domi adparari, missast ancilla ilico

499 t. s. r. GD^2 : s. r. t. *E* sint *om.* D^1 sunt h. *L* : h. sunt η^1 sic *om.* η^1 501 denunt. *C* ti. is. *G Priscian.* ii. 72 502 id *om.* *G* (*non Don. ad Eun.* 736) 503 etiam *om.* D^1 504 egone Σ tibi *om.* D^1 t. forte n. *p* coepi *CP* (*non Don., Priscian.*) dare *C* 505 mu. iam *E* 506 pe. h. ne. *G* -xeras *Kauer* 507 set. | minus D^1Lp, *schol. v*, *schol.* η set. puerum deferent huc a. o. $CPD^2GEv^1\eta^1$ 508 id] sed $D^2\eta$ ren. ere D^1GLp : ere nuntio C^2v 509 ne] non *E* mihi hoc δ 510 hanc *om.* γG^1 511 un. hoc sc. *v* SI. mu. co. si. $C^2DG^1Lp^1Ev\eta$ 512 nu. ha. *E* 513 po.] 'non habet' (*scil.* 'antiquus liber') *schol. P* (*notis Tiron.*)

obstetricem accersitum ad eam et puerum ut adferret simul.
hoc nisi fit, puerum ut tu videas, nil moventur nuptiae.
SI. quid ais? quom intellexeras
id consilium capere, quor non dixti extemplo Pamphilo?
DA. quis igitur eum ab illa abstraxit nisi ego? nam omnes nos quidem
scimu' quam misere hanc amarit: nunc sibi uxorem expetit.
postremo id mihi da negoti; tu tamen[i]dem has nuptias
perge facere ita ut facis, et ĭd spero adiuturos deos.
SI. immo abi intro: ibi me opperire et quod parato opus est para.—

non inpulit me haec nunc omnino ut crederem;
atque haud scio an quae dixit sint vera omnia,
sed parvi pendo: illud mihi multo maxumumst
quod mihi pollicitust ipsu' gnatu'. nunc Chremem
conveniam, orabo gnato uxorem: si impetro,
quid alias malim quam hodie has fieri nuptias?
nam gnatu' quod pollicitust, haud dubiumst mihi, id
si nolit, quin eum merito possim cogere.
atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obviam.

Simo Chremes iii

SI. Iubeo Chremetem . . *CH.* o te ipsum quaerebam. *SI.* et ego te. *CH.* optato advenis.
aliquot me adierunt, ex te auditum qui aibant hodie filiam
meăm nubere tuŏ gnato; id viso tune an illi insaniant.

516 DA. hoc *C²P¹DG¹LEv¹η* mo.] comm. *G*: prom. *p*: rem. *v* agis *D¹GLv* 518 eas id co. *p* 521 *scripsi*: tamenĭdem *Don.* ('idem abundat'): tamen Σ: tamen idem *mavult Kauer* 523 immo *om. E* 526 mu. *om. GE* 527 ipse *CPD²Eη* 528 et si *v*: id si *Priscian.* ii. 243 529 fi. has *CPEv*: istas fi. *Charis.* 194 530 *E*: h. du. est id m. *CPv*: h. du. m. est id *DGL*: h. du. id m. est *pη* id *del. edd.* 532 in *om. CPEv* obv. Chremem *DGL* (Chr. *vix gloss. ad* Chremetem 533) Chremem *etiam Don.* (*sine* obviam?) 533 o *om. G* CH. (*alt.*) *ante* 534 *Dziatzko* 534 aud. esse *Nonius* 237 gnatam *p* 534–5 nu. *et* fi. *transp. Fleckeisen* 535 gn. tuo *v* tune *om. G*: tun *CPpEvη*

SI. ausculta pauca: et quid ego te velim et tu quod quaeris scies.
CH. ausculto: loquere quid velis.
SI. per te deōs oro et nostram amicitiam, Chreme,
quae incepta a parvis cum aetate adcrevit simul,
perque unicam gnatam tuam et gnatum meum,
quoi(u)s tibi potestas summa servandi datur,
ut me adiuves in hac re atque ita uti nuptiae
fuerant futurae, fiant. *CH.* ah ne me obsecra:
quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.
alium esse censes nunc me atque olim quom dabam?
si in remst utrique ut fiant, accersi iube;
sed si ex ea re plus malist quam commodi
utrique, id oro te in commune ut consulas,
quasi si illa tua sit Pamphilique ego sim pater.
SI. immo ita volo itaque postulo ut fiat, Chreme,
neque postulem abs te ni ipsa res moneat. *CH.* quid est?
SI. irae sunt inter Glycerium et gnatum. *CH.* audio.
SI. ita magnae ut sperem posse avelli. *CH.* fabulae!
SI. profecto sic est. *CH.* sic hercle ut dicam tibi:
amantium irae amoris integratiost.
SI. ĕm ĭd te oro ut ante eamu', dum tempus datur
dumque ei(u)s lubido occlusast contumeliis,
priu' quam harum scelera et lacrumae confictae dolis
redducunt animum aegrotum ad misericordiam,
uxorem demu'. spero consuetudine et
coniugio liberali devinctum, Chreme,
de(h)inc facile ex illis sese emersurum malis.

536 pauca p^1 *Don. hic et ap. Priscian.* ii. 281; 320: -cas C^1P^1: -cis *cett.* et (*prius*) *secl. Spengel* ve. te *G* 537 quod *D* (*ex* quid), *L*η 538 per ego te *DLpEv*η 539 -everit *D* (*i.e.* -erit; *recte* ?) 541 su. *om. L* 544 imp. a me γ 545 nu. a me p^2 546 re est *G* (*cf. gl. II* si in re 'si utile est') 548 te oro Σ 549 *DLp*: si *om. cett.* sit tua *L*: t. s. filia *E* sum D^1 550 atque po. *E* 551 nisi *DGLE*η^1 553 fabula est *p* 556 hem *schol. C*, $D^2Gp^2Ev\eta$ 557 que *om. G* 559 -ant *schol. C*, *Ev* 562 D^1GLE: dein *cett.*

CH. tibi ita hoc videtur; at ego non posse arbitror
neque ĭllum hanc perpetuo habere neque me perpeti.
SI. qui scis ergo istuc, nisi periclum feceris?
CH. at ĭstuc periclum in filia fieri gravest.
SI. nempe incommoditas denique huc omnis redit
si eveniat, quod di prohibeant, discessio.
at si corrigitur, quot commoditates vide:
principio amico filium restitueris,
tibi generum firmum et filiae invenies virum.
CH. quid ĭstic? si ita istuc animum induxti esse utile,
nolo tibi ullum commodum in me claudier.
SI. merito te semper maxumi feci, Chreme.

CH. sed quid ais? *SI.* quid? *CH.* qui scis eos nunc discordare inter se?
SI. ipsu' mihi Davo', qui intumust e͡orum consiliis, dixit;
et ĭs mihi persuadet nuptias quantum queam ut maturem.
num censes faceret, filium nisi sciret eadem haec velle?
tute adeo iăm ĕius audies verba. [heus] evocate huc Davom.
atque eccum video ipsum foras exire.

DAVOS SIMO CHREMES iv

DA. Ad te ibam. *SI.* quidnamst?
DA. quor uxor non accersitur? iam advesperascit. *SI.* audin [tu illum]?

ego dudum non nil veritu' sum, Dave, abs te ne faceres idem
quod volgu' servorum solet, dolis ut me deluderes

566 gr. est fie. *v* 569 -getur D^2GLpv (*recte, cum* at *in fine* 568?): -geretur E^1 570 -tues *E* 572 -xisti (*et* -xti) *Don.* (?) 574 maxume *C* (e *ex* i), *P*, *schol. D*, $E^1v\eta$ 575 sed qui ais *p* agis C^1v 577 *schol. D*, *GEv*: suadet *CPLp* 579 ve. au. *Faernus* (*cum* eius *monosyll.*) heus *om.* D^1 voc. *G* heus voc. *mavult Kauer* 580 ip. *om.* γD^2 581 n. u. *v* iam] nam *p* 583 lud. *CP*

propterea quod amat filiūs. *DA.* egon istuc facerem? *SI.* credidi,
idque adeo metuens vos celavi quod nunc dicam. *DA.* quid? *SI.* scies;
nam propemodum habeo iam fidem. *DA.* tandem cognosti qui siem?
SI. non fuerant nuptiae futurae. *DA.* quid? non? *SI.* sed ea gratia
simulavi vos ut pertemptarem. *DA.* quid ais? *SI.* sic res est. *DA.* vide:
numquam istuc quivi ego intellegere. vah consilium callidum!
SI. hoc audi: ut hinc te intro ire iussi, opportune hic fit mi obviam. *DA.* hem
numnam perimu'? *SI.* narro huic quae tu dudum narrasti mihi.
DA. quidnam audio? *SI.* gnatam ut det oro vixque id exoro. *DA.* occidi. *SI.* hem
quid dixtī? *DA.* optume inquam factum. *SI.* nunc per hunc nullast mora.
CH. domum modo ibo, ut adparetur dicam, atque huc renuntio.—
SI. nunc te oro, Dave, quoniam solu' mi effecisti has nuptias . .
DA. ego vero solu'. *SI.* corrigerē mihi gnatum porro enitere.
DA. faciam hercle sedulo. *SI.* potes nunc, dum animus inritatus est.
DA. quiescas. *SI.* age igitur, ubi nunc est ipsu'? *DA.* mirum ni domist.

585 atque *E* celari *η* 586 C^1P: h. tibi iam *cett.* 588 ut pe. vos *η* tempt. *GL* agis *v* vide vide *v* 589 e. qu. *p* 590 mihi fit *DGLη* : mihi *p* 592 audiam *Don.* ('Menander enim sic ait τί ποτ' ἀκούσομαι;') is gn. *GEvη* ut is det L^2 594 CH.] DA. Gp^1 (?), *E* (?), *schol. v* -entur Σ (*praeter p*) huic E^1 ren. *om.* C^1 595 quom *L* 596 m. co. *edd.*

SI. ibo ad eum atque eādem haec quae tibi dixi dicam idem illi.—*DA.* nullu' sum.
quid causaest quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?
nil est preci loci relictum : iam perturbavi omnia :
erum fefelli ; in nuptias conieci erilem filium ;
feci hodie ut fierent, insperante hoc atque invito Pamphilo.
ĕm ăstutias ! quod si quiessem, nil evenisset mali.
sed ĕccum ipsum video : occidi.
utinam mi[hi] esset aliquid hic quo nunc me praecipitem darem !

PAMPHILVS DAVOS v

PA. Vbi ĭllic[e]st scelu' qui perdidit me ? *DA.* perii. *PA.* atque hoc confiteor iure
mi obtigisse, quandoquidem tăm iners, tam nulli consili sum.
servon fortunas meas me commisisse futtili !
ego pretium ob stultitiam fero : sed inultum numquam id auferet.
DA. posthac incolumem sat scio [fore] me, nunc si devito hoc malum.
PA. nam quid ego nunc dicam patri ? negabon velle me, modo
qui sum pollicitu' ducerē ? quă aŭdacia id facere audeam ?
nec quid nunc me faciam scio. *DA.* nec mequidem, atque id ago sedulo.

599 ti. qu. *Bentley* $C^{1}P$ *Don.* ('pro item'): itidem *cett.* 602 fi. er. *DGL* 604 hem *schol. C*, *schol. D*, $GLp^{2}E$, *schol. v*, *η* -tia $C^{2}P^{2}D^{1}$ (*schol.* 'vel astutias secundum Donatum'), $GLpEv^{2}\eta$ qui si *D* inven. *D* 605 vi. ip. *p* 606 al. es. *Eη* de quo G^{2} (quando G^{1}), Lp^{1} pr. me *v* 607 ille *schol. L* me p. Σ : me perdit *Spengel* 608 nu. co. 'una pars orationis' *Don.* nullus *p* 610 ergo $CPDG^{2}Lv$ *Serv.* id nu. Σ 611 inc. me *Eη* : me inc. *Fleckeisen* fore *om. v* : *ante* inc. *Kauer* hoc nunc si de. δ ma. sedulo *E* 612 nam] sed *G* me mo. ve. *E* 613 po. s. *DLp* aud. *glossar. Riccard.* 3607 : fiducia Σ *Don.* (*ut vid.*) fa. id γ 614 de me *G*, *schol. L*, *Evη* $DL^{1}p$ (nu. de me *G*) *Priscian.* : me nunc *cett.* nec quidem me $C^{1}P^{1}$: ne qu. de me *v*

dicam aliquid me inventurum, ut huic malo aliquam producte
ctem moram.

PA. oh[e]! *DA.* visu' sum. *PA.* eho dum, bone vir, quid ais? viděn me consiliis tuis
miserum inpeditum esse? *DA.* at iam expediam. *PA.* expedies? *DA.* certe, Pamphile.
PA. nempe ut modo. *DA.* immo meliu' spero. *PA.* oh tibi ego ut credam, furcifer?
tu rem inpeditam et perditam restituas? em quo fretu' sim,
qui me hodie ex tranquillissuma re coniecisti in nuptias.

an non dixi esse hoc futurum? *DA.* dixti. *PA.* quid meritu's? *DA.* crucem.
sed sine paullulum ad me redeam: iam aliquid dispiciam. *PA.* ei mihi,
quom non habeo spatium ut de te sumam supplicium ut volo!
namque hoc tempu' praecavere mihi me, haud tě ŭlcisci sinit.

ACTVS IV

i CHARINVS PAMPHILVS DAVOS

CH. Hoccině̆st credibile aut memorabile,
tanta vecordia innata quoiquam ut siet
ut malis gaudeant atque ex incommodis
alterius sua ut comparent commoda? ah

615 me iam inv. *δvη*: iam me inv. *E* *Don.* (*ut vid.*): producam Σ 616 PA. ohe *om.* p^1: *in fine* 615 *Pvη* eho tu *p* agis DL^1pv tuis cons. Σ 618 ego *om. Lv* 619 -ues L^1E siem Σ 621 an] at *DL* h. fu. esse *G*: e. f. h. *E* quod m. *L*: quid es m. *G* 623 cur non G^2 624 mi. pr. me G^2 me *om.* E^1 de te GE^2 625 est *secl. Bentley* 626 cuiq. inn. *E* 627–8 -eat . . -ret $P^2δEvη$ *Don.* (*et* -eant, -rent)

idnest verum? immo id est genus hominum pessumum in
denegando modo quîs pudor paullum adest;
post ubi tempu' promissa iam perfici,
tum coacti necessario se aperiunt,
et timent et tamen res premit denegare;
ibi tum eorum inpudentissuma oratiost
"quis tŭ es? quis mihi es? quor meam tibi? heus proxumus sum egomet mihi."
at tamen "ubi fides?" si roges,
nil pudet hic, ubi opus [est]; illi ubi
nil opust, ibi verentur.

sed quid agam? adeon ad eum et cŭm eo iniuriam hanc expostulem?
ingeram mala multa? atque aliqui' dicat "nil promoveris":
multum: molestu' certe ĕi fuero atque animo morem gessero.
PA. Charine, et mĕ ĕt tĕ ĭnprudens, nisi quid di respiciunt, perdidi.
CH. itane "inprudens"? tandem inventast causa: solvisti fidem.
PA. quid "tandem"? *CH.* etiamnunc me ducere istis dictis postulas?
PA. quid ĭstuc est? *CH.* postquam me amare dixi, conplacitast tibi.
heu me miserum qui tuom animum ex animo spectavi meo!

629 pess. gen. (*om.* ho.) *Serv. auct. in Aen.* xii. 694: pess. ho. gen. *Fleckeisen* 630 pau. *om.* CP^1 631 C^1P^1 *Don.*: t. est (-pust) *cett.* 633 res cogit *P* (*gloss.* premit), *DL* eos den. δ*E*η 634 inp. eo. η 635 mea *E* 637 *vix* tamendem (*cum* ubĭ) fi. est *DGL* (*i.e.* fidest?) 638 pudent *Bentley* ubi *om.* *L* illi *Don.*: illic Σ non verentur illic δ*Ev*η illic ubi o. non est ibi ve. *G* 639 D^1Lp *Priscian.* ii. 194; 288: adeamne *cett.*, *Arusian.* 453 ut cum eo L^1: et eo L^2 h. in. *Priscian.* (*non Arusian.*) 642 -ciant *L*: prospiciunt *E gl. II* (*recte?*) 644 seduc. *schol. C*, *G*, *schol. v* 645 est *om.* v^1 646 miserae *G* qui] cum *Don.* meo *om.* v^1

PA. falsus es. *CH.* non[ne] tibi sat esse hoc solidum visumst gaudium,
nisi me lactasses amantem et falsa spe produceres?
habeas. *PA.* habeam? ah nescis quantis in malis vorser miser
quantasque hic sūis consiliis mihi conflavit sollicitudines
meu' carnufex. *CH.* quid ĭstuc tam mirumst de te si exemplum capit?
PA. haud istuc dicas, si cognoris vel me vel amorem meum.
CH. sciŏ: cum patre altercasti dudum et is nunc propterea tibi
suscenset nec te quivit hodie cogere illam ut duceres.

PA. immo etiam, quo tu minu' scis aerumnas meas,
haec nuptiae non adparabantur mihi
nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.
CH. sciŏ: tu coactu' tuă voluntate es. *PA.* mane:
nondum scis. *CH.* scio equidem illam ducturum esse te.
PA. quor me enicas? hoc audi: numquam destitit
instare ut dicerem me ducturum patri;
suadere orare usque adeo donec perpulit.

CH. quis homo istuc? *PA.* Davo'.. *CH.* Davos? *PA.* interturbat. *CH.* quăm ŏb rem? *PA.* nescio;
nisi mihi dēos sati' scio fuisse iratos qui auscultaverim.

CH. factum hoc est, Dave? *DA.* factŭm. *CH.* hem quid ais? scelus!
at tibi di dignum factis exitium duint!
eho dic mi, si omnes hunc coniectum in nuptias

647 es] est C^1 (*non Don.*) satis *γp* visum sol. est *γ* 650 que] ve *v* (*recte*?) *Don.* (*et* confecit?): confecit Σ 653 -catu's (*et* -casti) *Don.* (?) (*non Priscian.* i. 393) 656 haec *Don.*: hae Σ 657 dari *ex* dare *G* 659 scis] etiam sc. *C* 661 *p*: me esse du. Σ (*praeter p*) 663 int. *etiam Don.* 664 fu. ir. sa. sc. *DGL* qui au. ei *G*: qui ei au. *LpEv* 665 est hoc *P* agis v^1 oh sc. *Lp*

inimici vellent, quod nisi hŏc consilium darent?
DA. deceptu' sum, at non defetigatus. *PA.* scio.
DA. hac non successit, alia adoriemur via:
nisi si id putas, quia primo processit parum,
non posse iam ad salutem convorti hoc malum.
PA. immo etiam; nam sati' credo, si advigilaveris,
ex unis geminas mihi conficies nuptias.
DA. ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo,
conari manibu' pedibu' noctesque et dies,
capitis periclum adire, dum prosim tibi;
tuŏmst, siquid praeter spem evenit, mi ignoscere.
parum succedit quod ago; at facio sedulo.
vel meliu' tute reperi, me missum face.
PA. cupio: restitue in quem me accepisti locum.

DA. faciam. *PA.* at iăm hŏc opŭst. *DA.* em . . sed
mană; concrepuit a Glycerio ostium.
PA. nil ad te. *DA.* quaero. *PA.* hem nuncin demum?
DA. at iăm hŏc tibi inventum dabo.

MYSIS PAMPHILVS CHARINVS DAVOS ii

MY. Iam ubi ubi erit, inventum tibi curabo et mecum
adductum
tŭŏm Pamphilum: modo tu, anime mi, noli te macerare.
PA. Mysis. *MY.* quis est? ⟨e⟩hĕm Pamphile, optume mihi
te offers. *PA.* quid ⟨id⟩ est?
MY. orare iussit, si se ames, era, iăm ut ăd sese venias:

668 cons. hoc *Fleckeisen* 669 PA. D^1L: CH. *cett.* 670 *Don.*: adgrediemur Σ via agg. *G* 671 si *p*: *om. cett.* primo *om.* P^1 672 hoc co. ma. δ 674 -cias *G*: efficies *D* 676 pedibusque δ que *om. DL* 677 ad. per. δ 678 -niet D^1p: *an* -neit? 679 at] aut p^1, *schol. v* 680 mel. tute aliud re. $CPD^2GL^2E\eta$: tute mel. re. al. *p*: tute aliquid re. *v* 681 G^1p: quem in me *v* (P^1?): quem a me *cett.* 682 C^1P: hem *cett.* a Gl. Σ (*gloss. in Gvη*): ab illac *Kauer* (*cum* manē) 685 tu modo Σ 686 quis] quid γG^1 te m. *p* 687 sese] se *L*

videre tĕ ait cupere. *PA.* vah perii : hoc malum integrascit.
sicin mĕ ătque illam opera tua nunc miseros sollicitari[er] !
nam idcirco accersor nuptias quod mi adparari sensit.
CH. quibu' quidĕm quam facile potuerat quiesci, si hic quiesset !
DA. age, si hic non insanit satis suă sponte, instiga. *MY.* atque edepol
ea res est, proptereaque nunc misera in maerorest. *PA.* Mysis,
per ŏmnis tibi adiuro deos numquam e͡am me deserturum,
non si capiundos mihi sciam esse inimicos omnis homines.
hanc mi expetivi : contigit ; conveniunt mores : valeant
qui inter nos discidium volunt : hanc nisi mors mi adimet nemo.
MY. resipisco. *PA.* non Apollinis mage verum atque hoc responsumst.
si poterit fieri ut ne pater per me stetisse credat
quo minus haec fierent nuptiae, volo ; sed si id non poterit,
id faciam, in proclivi quod est, per me stetisse ut credat.
quis videor ? *CH.* miser, aeque atque ego. *DA.* consilium quaero. *PA.* forti's !
sciŏ quid conere. *DA.* hoc ego tibi profecto effectum reddam.
PA. iăm hŏc opus est. *DA.* quin iam habeo. *CH.* quid est ? *DA.* huic, non tibĭ habeo, ne erres.
CH. sat habeo. *PA.* quid facies ? cedo. *DA.* dies [hic] mi ut sati' sit vereor
ad agendum : ne vacuom esse me nunc ad narrandum credas :
proinde hinc vos amolimini ; nam mi inpedimento estis.

688 *DGL* : ait te *cett.* vaha *L* : hem v^1 690 app. mihi *L* 691 hic *ex* hoc *D* 694 p. o. t. a. *etiam Arusian.* 450 iuro v^2 695 scio *Nonius* 252 esse *om. L* 697 adimit *G* 698 at.] quam *p* 699 potuerit *CGv* 700 hae C^2DGLEv potuerit *Gv* 701 -ve $C^1\delta Ev$ per *om.* C^1 702 qu. tibi vi. *Priscian.* ii. 137 videar *G* *vel* -tis 704 immo iam h. op. est *p* 705 hic *superscr.* D^1 : *om. G* 706 nunc me γ

PA. ego hănc visam.—*DA.* quid tu? quŏ hĭnc te agis? *CH.* verum vis dicam? *DA.* immo etiam:
narrationis incipit mi initium. *CH.* quid me fiet?
DA. eho tu inpudens, non satis habes quod tibi dieculam addo,
quantum huic promoveo nuptias? *CH.* Dave, at tamen . . *DA.* quid ergo?
CH. ut ducam. *DA.* ridiculum. *CH.* huc face ad me [ut] venias, siquid poteris.
DA. quid veniam? nil habeo. *CH.* at tamen, siquid. *DA.* age veniam. *CH.* siquid,
domi ero.—*DA.* tu, Mysis, dum exeo, parumper me opperire hic.
MY. quapropter? *DA.* ita factost opus. *MY.* matura. *DA.* iăm ĭnquam hic adero.

MYSIS DAVOS iii

MY. Nilne esse proprium quoiquam! di vostram fidem!
summum bonum esse erae putabam hunc Pamphilum,
amicum, amatorem, virum in quovis loco
paratum; verum ex eo͡ nunc misera quem capit
laborem! facile hic plus malist quam illic boni.
sed Davos exit. mĭ homo, quid ĭstuc obsecrost?
quo portas puerum? *DA.* Mysis, nunc opus est tua
mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia.

709 mihi inc. ini. *DGE*: mihi ini. inc. *L* fiat *Priscian.* ii. 336 710 sa. non p^2 tibi *om. p* 711 ut ta. *schol. D, E* 712 ut (*alt.*) *om. CP* ut ad me *Priscian.* ii. 237 713 siq. erit *L* age ego ve. *schol. C, DGLEv*: ego ve. *p* CH. (*alt.*) *ante* 714 *Spengel* 714 parum p^1 op. me hic γ: me op. hic me *p* me *secl. Bentley* 715 fa. opus est Σ 716 qu. pr. *Serv. auct. ad Aen.* i. 73 (*non Don. ad* 960 *infra*) 717 δ: putavi *cett.* 719 ve. *om. G* mi. nunc *E* 720 dolorem δ *Don.* (*superscr. schol. D* 'vel laborem secundum Donatum') 721 exi *p* est ob. *G*: obs. mali est *schol. P*: mali est *Don.* 722 *nova scaena Don.* 723 mem. *schol. P* (*in ras.*), D^1GLpE^1 (*gloss. in GLp* milicia), *Don.*: militia *schol. C, schol. E*: malitia C^1D^2

MY. quidnam incepturu's? *DA.* accipe a me hunc ocius
atque ante nostram ianuam adpone. *MY.* obsecro,
humine? *DA.* ex ara hinc sume verbenas tibi
atque ê͡as substerne. *MY.* quăm ŏb rem id tute non facis?
DA. quia, si forte opu' sit ad erum iurandum mihi
non adposisse, ut liquido possim. *MY.* intellego:
nova nunc religio in te istaec incessit. cedo!
DA. move ocius te, ut quid agam porro intellegas.
pro Iuppiter! *MY.* quid ĕst? *DA.* sponsae pater intervenit.
repudio quod consilium primum intenderam.
MY. nesciŏ quid narres. *DA.* ego quoque hinc ab dextera
venire me adsimulabo: tŭ ŭt subservias
orationi, ut quomque opu' sit, verbis vide.
MY. ego quid agas nil intellego; sed siquid est
quod mea opera opu' sit vobis, [a]ut tu plus vides,
manebo, nequod vostrum remorer commodum.

iv CHREMES MYSIS DAVOS

CH. Revortor, postquam quae opu' fuere ad nuptias
gnatae paravi, ut iubeam accersi. sed quid hoc?
puer herclest. mulier, tun posisti hunc? *MY.* ubi ĭllic est?
CH. non mihi respondes? *MY.* nusquam est. vae miserae mihi!
reliquit mĕ homo atque abiit. *DA.* di vostram fidem,
quid turbaest apŭd forum! quid ĭlli hominum litigant!
tum annona carast. (quid dicam aliud nescio.)

726 sume hinc δ 728 fit *G*: *om.* L^1 ad eum D^1L iur. *Don.*: iusiur. Σ: iurato *Bentley*: iurandumst *Fairclough* 729 non] pro quam non D^1 apposuisse Σ 730 no. *om.* *G* in *eras.* *G* 733 co. q. *p* 734 quod *v* me hinc *E* 735 me *om.* *E* ut tu *G* 738 fit *E* ut *Guyet* 739 quod *om.* *C* 742 tun posuisti *γp*: tun apposuisti *DGL* hunc] illum *v* 743 hem nusq. *schol. C*, *DGLEv* 745 qu. tu. ap. fo. *etiam Priscian.* ii. 187 quid (*alt.*)] quot *schol. C* illi *Priscian.*: illic Σ -gat D^1pE *Don.*, *Priscian.* (*recte*?)

MY. quor tu obsecro hic me solam? *DA.* hem quaĕ haĕc est fabula?
eho Mysis, puer hic undest? quisve huc attulit?
MY. satĭn sanu's qui me id rogites? *DA.* quĕm ego igitur rogem
qui hic neminem alium videam? *CH.* miror unde sit.
DA. dictura es quod rogo? *MY.* au! *DA.* concede ad dexteram.
MY. deliras: non tute ipse . . ? *DA.* verbum si mihi
unum praeter quam quod te rogŏ faxis: cave!
male dicis? undest? dic clare. *MY.* a nobis. *DA.* hahae!
mirum vero inpudenter mulier si facit
meretrix! *CH.* ab Andriast [ancilla] haec, quantum intellego.
DA. adeon videmur vobis esse idonei
in quibu' sic inludati'? *CH.* veni in tempore.
DA. propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.
mane: cavĕ quoquam ex istoc excessis loco!
MY. di te eradicent! ita me miseram territas.
DA. tibi ego dico an non? *MY.* quid vis? *DA.* at etiam rogas?
cedo, quoium puerum hic adposisti? dic mihi.
MY. tu nescis? *DA.* mitte id quod scio: dic quod rogo.
MY. vostri. *DA.* quoi(u)s nostri? *MY.* Pamphili. *DA.* hem quid? Pamphili?
MY. eho ăn non est? *CH.* recte ego hăs semper fugi nuptias.
DA. o facinus animadvortendum! *MY.* quid clamitas?

747 est *om. p* 749 qui] quid G^1L^1 751 -uran (-ane) CP^1D^1 (n *exp.*), *GLEv Priscian.* ii. 74 752 tute attulisti (*om.* ip.) *v* 753 ullum *L* *p*: praeterea quam *cett.* (qu. *om. G*) 754 *Don.*: MY. ma. di. DA. un. Σ (*cf. Don.*; *de Eugr. non liquet*) 755 mul. *om. p* faciat *G* 756 mer. *secl. Spengel* (*gloss. ad* mul.?) anc. *secl. Paumier* 762 di. ego δ 763 cuius *Priscian.* ii. 174 -sisti p^1: -suisti *cett.* 764 omitte *L* 765 CH. hem *Fleckeisen* 766 *DGL*: sem. f. has *cett.* (se. ego *C*) 767 *om.* D^1L^1 (*propter homoeotel.*?)

DA. quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?
MY. ŏ hominem audacem! *DA.* verum: vidi Cantharam
suffarcinatam. *MY.* dis pol habeo gratiam
quom in pariundo aliquot adfuerunt liberae.
DA. nĕ ĭlla illum haud novit quoiu' causa haec incipit:
"Chremes si positum puerum ante aedis viderit,
sûam gnatam non dabit": tanto hercle mage dabit.
CH. non hercle faciet. *DA.* nunc adeo, ut tu sis sciens,
nisi puerum tolli' iăm ego hunc in mediam viam
provolvam teque ibidem pervolvam in luto.
MY. tu pol homo non es sobrius. *DA.* fallacia
alia aliam trudit: iam susurrari audio
civem Atticam esse hanc. *CH.* hem. *DA.* "coactus legibus
eam ŭxorem ducet." *MY.* aŭ ŏbsecro, an non civis est?
CH. iocularium in malum insciens paene incidi.
DA. quis hĭc loquitur? o Chreme, per tempus advenis:
ausculta. *CH.* audivi iam omnia. *DA.* an(ne) haec tu omnia?
CH. audivi, inquam, a principio. *DA.* audistin, obsecro? hem
scelera! hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
hic ĕst ille: non te credas Davom ludere.
MY. me miseram! nil pol falsi dixi, mi senex.
CH. novi omnem rem. est Simo intus? *DA.* est.— *MY.* ne me atti[n]gas,
sceleste. si pol Glycerio non omnia haec . .

768 vi. he. *CPv* (*non Priscian.* ii. 64; 72) ferri *E*: def. *v* 770 gratias *γG* 771 quod in δ 772 quoius (cu-) *etiam Priscian.* ii. 84 hoc inc. *schol. C*, D^2GpEv 773 δ: pu. pos. *γ* 774 da. ma. *DGL* 776 hunc ego *p* 779 iam *om.L* 781 eho Σ (*schol. D* 'aliter "au" secundum Donatum'): *om. p* 782 -are *Eugr.* 784 iam *om. γ* an tu haec *G*: ah (?) nec *vel* ah (?) ne (*etiam* tu?) *Don.*: aha necdum *DL*: necdum *p* 786 in *om.* G^2L^2E hinc *om.* C^1PL^2 hi. cr. *E* 787 *hic versus primus erat tertii quinionis cod. Bemb.* (*A*), *sed usque ad v.* 888 *primae tantum vel ultimae litterae servatae sunt* non] ne *Priscian.* ii. 206 credes *PDL* 789 rem sed est P^2L^2pE, *schol. v* 790 h. omn. *L*

DA. eho inepta, nescis quid sit actum? *MY.* qui sciam?
DA. hic socer est. alio pacto haud poterat fieri
ut sciret haec quae voluimus. *MY.* praediceres.
DA. paullum interesse censes ex animo omnia,
ut fert natura, facias an de industria?

Crito Mysis Davos V

CR. In hac habitasse platea dictumst Chrysidem,
quae sese inhoneste optavit parere hic ditias
potius quam honeste in patria pauper viveret:
ei(u)s morte ea ad me lege redierunt bona.
sed quos perconter video: salvete. *MY.* obsecro,
quem video? estne hic Crito sobrinu' Chrysidis?
is est. *CR.* o Mysis, salve! *MY.* salvo' sis, Crito.
CR. itan Chrysis? hem. *MY.* nos quidĕm pol miseras perdidit.
CR. quid vos? quo pacto hic? satine recte? *MY.* nosne? sic
ut quimus, aiunt, quando ut volumu' non licet.
CR. quid Glycerium? iăm hĭc sŭōs parentis repperit?
MY. utinam! *CR.* an nondum etiam? haud auspicato huc me appuli;
nam pol, si id scissem, numquam huc tetulissem pedem.
semper ĕiu' dictast esse haec atque habitast soror;
quaĕ ĭlli(u)s fuere possidet: nunc me hospitem

793 p^1v: -umus *cett.* hem pr. *GE* 797 divit. Σ 798 *Gramm.*: in pa. ho. Σ vivere δ*Ev Gramm.* 799 ea *om. LP* 801 quid vi. DL^1p (*recte?*) 802 is est Crito CDL^1 (*cf. schol. P* 'vetustus habet Crito' *not. Tiron.*): id est *p* 803 MY. *ante* hem *GL* 804–53 *om.* C^1P^1 (*suppl. a schol. C post* 861; *in P manu saec. x, i e.* P^3, *cum Eun. prol.* 1–30, *post* 866) 804 sic *om. schol. C*, P^3GLEv: *post* sic *dist. Don.* 805 quando *om. schol. C*: *eras. L* 807 hucne me *v* attuli *Priscian.* ii. 68 808 tet. huc D^1GL: huc tul. p^2 809 D^1L^1p *Don. in Ad.* 48: sem. dicta e. *G*: sem. enim d. *cett.* esse *om.* D^1Lp 810 -re P^3DGp: -runt *cett.* nunc] tum *Don. in Hec.* 647 hospite *AG*

litis sequi quăm ĭd mihi sit facile atque utile
aliorum exempla commonent. simul arbitror
iam aliquem esse amicum et defensorem ei ; nam fere
grandi[us]cula iam profectast illinc : clamitent
me sycophantam, hereditatem persequi
mendicum. tum ipsam despoliare non lubet.
MY. ŏ optume hospes ! pol, Crito, antiquom obtines.
CR. duc me ad eam, quando huc veni, ut videam. *MY.* maxume.
DA. sequăr hos : nolo me in tempore hoc videat senex.

ACTVS V

i CHREMES SIMO

CH. Sati' iam sati', Simo, spectata erga te amicitiast mea ;
sati' pericli incepi adire : orandi iam finem face.
dum studeo obsequi tibi, paene inlusi vitam filiae.
SI. immo enĭm nunc quom maxume abs te postulo atque oro, Chreme,
ut beneficium verbis initum dudum nunc re comprobes.
CH. vidĕ quam iniquo' sis prae studio : dŭm id efficias quod lubet,
neque modum benignitati' neque quid me ores cogitas ;
nam si cogites remittas iam me onerare iniuriis.
SI. quibus ? *CH.* at rogitas ? perpulisti me ut homini adulescentulo
in alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoria,

811 id $L^1p^1E^1$ *Don. in Hec.* 647 : hic *cett.* 813 es. al. P^3Lp et] ac P^3p p^2 : eius *cett.* 814 -dic- *gl. I* (*non Cledonius* 68) illi G^2 : *an* illim ? 816 disp. P^3p licet *schol. C*, P^3, *schol. D*, $L^2p^2E^1v$ 817 o *om. schol. C*, P^3GLpE pol. Cr. *etiam Don. in Eun.* 1066 818 et qu. *G* 819 hoc *om.* P^3 820 est am. m. *E* 822 in vitam P^3p^1 *Arusian.* 480 (?) 823 quam Σ oro a. post. Σ 824 ve. *om. schol. C, E* 825 vides *schol. C*, P^3, *schol. D*, GE^1v -ies *schol. C*, *DEv* lu. *Don.* : cupis Σ *Priscian.* ii. 50 : 'vel "velis" legitur et "quod iubet [*scil.* lubet]" secundum Donatum' *schol. D* 827 -ttes *schol. C* me iam P^3

filiam ut darem in seditionem atque in ĭncertas nuptias,
eiu' labore atque eiu' dolore gnato ut medicarer tuo.
impetrasti: incepi, dum res tetulit. nunc non fert: feras.
illam hinc civem esse aiunt; puer est natu': nos missos face.
SI. per ego te de͡os oro, ut nĕ ĭllis animum inducas credere,
quibus id maxume utilest illum esse quam deterrumum.
nuptiarum gratia haec sunt ficta atque incepta omnia.
ubi ea causa quam ob rem haec faciunt erit adempta his, desinent.
CH. erras: cum Davo egomet vidi iurgantem ancillam. *SI.* scio. *CH.* at
vero voltu, quom ibi me adesse neuter tum praesenserant.
SI. credo et id facturas Davo' dudum praedixit mihi; et
nescio quĭ ⟨ĭ⟩d tibi sum oblitus hodie, ac volui, dicere.

DAVOS CHREMES SIMO DROMO ii

DA. Animo nunciam otioso esse impero. *CH.* em Davom tibi!
SI. unde egreditur? *DA.* meŏ praesidio atque hospiti'. *SI.* quid ĭllud malist?
DA. ego commodiorem hominem adventum tempu' non vidi. *SI.* scelus,
quemnam hic laudat? *DA.* omni' res est iam in vado. *SI.* cesso adloqui?
DA. erus est: quid agam? *SI.* o salve, bone vir. *DA.* ehĕm Simo, o noster Chreme,

830 ut *del.* L^2 in (*alt.*) *om.* D^1pv^1 832 imperasti D^1G^1 dum recte tulit *schol. C*, *schol. D*, E^1: dum res recte tulit *L*: dum res te intulit *G*: dum res tulit v^2 833 na. est G^1 836 facta D^1L 837 iis *D*: eis *p* (*i.e.* īs; *recte*?): *secl. Kauer* 838 at *initio* 839 *Iov.* Σ: *om.* (?) *A* 839 praesenserant *Don.* (*teste schol. D* 'aliter "nt" secundum Donatum'): -rat Σ (-ram *D*) (*cf. Plaut. Men.* 785) tum *eras. L* 840 id] hoc G^2 et (*alt.*) *initio* 841 Σ (= *PDGL*) (*non A*) 841 quid *etiam Don.* sum obl. ti. *Lv* ac *etiam Don.* 842 iam nunc *DGL* esse o. *L* -sos p^2 ti. Da. *G* 843 pr.] studio *Priscian.* ii. 169 844 hominis *schol. G* adventus *schol. C* 845 -det *DL* 846 o (*prius*) *om. schol. C*, P^3GEv

omnia adparata iam sunt intu'. *SI.* curasti probe.
DA. ubi voles accerse. *SI.* bene sane; id enĭmvero hinc nunc abest.
etiam tu hoc respondes quid ĭstic tibi negotist? *DA.* mihin? *SI.* ita.
DA. mihin? *SI.* tibi ergo. *DA.* modŏ introii. *SI.* quasi ego quam dudum rogem.
DA. cum tŭo gnato una. *SI.* anne est intu' Pamphilu'? crucior miser!
eho non tu dixti esse inter eos inimicitias, carnufex?
DA. sunt. *SI.* quor igitur hic est? *CH.* quid ĭllum censes? cŭm ĭlla litigat.
DA. ĭmmŏ vero indignum, Chreme, iam facinu' faxo ex me audies.
nescioquis senex modo venit, ellum, confidens catus:
quom faciem videas, videtur esse quantivis preti:
tristi' severitas inest in voltu atque in verbis fides.
SI. quidnam adportat? *DA.* nil equidem nisi quod ĭllum audivi dicere.
SI. quid ait tandem? *DA.* Glycerium se scire civem esse Atticam. *SI.* hem
Dromŏ, Dromo. *DA.* quid est? *SI.* Dromo. *DA.* audi. *SI.* verbum si addideris . . ! Dromo.

DA. audi obsecro. *DR.* quid vis? *SI.* sublimem intro rape hunc, quantum potest.

847 sunt iam *schol. C, E* iam *om.* P^3 SI.] CH. *GLpEv* 848 -rsem *L* id] is P^3 hic G^1 849 *Don. ad Ad.* 550: -de Σ *Serv. auct. ad Aen.* xi. 373 850 id ro. P^3 851 tuo *om. G* una *om. v* 852 P^3p: -tin *cett.* 853 est hic *G* qui il. *p* 854 ind. fac. Chr. (*om.* iam) *E* -ias *CPGL* 855 -qui *G* 856 f. eius *G* 857 sev. *etiam Serv. ad Aen.* x. 612, *Geo.* iii. 37: veritas $C^1P^1p^1$ *Don. ad Eun.* 839 est in *G* 858 -tat p^1: -tas *cett.* 859 Att esse *v* 861 -men *Fleckeisen* *CP*: hu. ra. *cett.* *versus* (*dissectus*) *exit in* rape *A*

DR. quem? *SI.* Davom. *DA.* quăm ŏb rem? *SI.* quia lubet. rape inquam. *DA.* quid feci? *SI.* rape.
DA. si quicquam invenies me mentitum, occidito. *SI.* nil audio.
DR. ego iam te commotum reddam. *DA.* tamen etsi hoc verumst? *SI.* tamen.
cura adservandum vinctum, atque audin? quadrupedem constringito.

age nunciam: ego pol hodie, si vivo, tibi
ostendam erum quid sit pericli fallere,
et ĭlli patrem. *CH.* ah ne saevi tanto opere. *SI.* o Chreme,
pietatem gnati! nonne te miseret mei?
tantum laborem capere ob talem filium!
age Pamphile, exi Pamphile: ecquid te pudet?

PAMPHILVS SIMO CHREMES iii

PA. Quis me volt? perii, pater est. *SI.* quid ais, omnium ..? *CH.* ah
rem potius ipsam dic ac mitte male loqui.
SI. quasi quicquam in hunc iam graviu' dici possiet.
ain tandem, civi' Glyceriumst? *PA.* ita praedicant.
SI. "ita praedicant"? ŏ ĭngentem confidentiam!
num cogitat quid dicat? num facti piget?
vidĕ num ei(u)s color pudori' signum usquam indicat.

862 DA. (*prius*)] DR. L^2E 863 SI.] DR. C^2P (*schol. not. Tiron.* 'vetustus habet SIM.'), G^1L, *schol. p*, E^2 864 DR. C^1 (*schol. P not. Tiron.* 'vetustus habet DRO.'): SI. $C^2Pp^2E^2$ ego *om. P* te iam *GL*, *schol. p* (p^1 *om.* iam), *Ev* tam etsi *G* SI.] CH. C^1 865 tu cura GL^2pEv 866 iam *om.* L^1 *hic sequuntur* 804–853 *et Eun. prol.* 1–30 *in P* 868 o *om.* Ev^1 869 nonne *etiam Priscian.* i. 288: non *Don. ad Hec.* 223 874 iam *superscr.* P^1: *om. L* gr. iam *v* 877 pudet *schol. C, G* (*gloss.* piget), *Lp*, *schol. v* 878 co. *etiam Don. ad Ad.* 643; vultus *schol Iuv.* xiii. 77

adeo[n] inpotenti esse animo ut praeter civium
morem atque legem et su͡i voluntatem patris
tamen hanc habere studeat cum summo probro!
PA. me miserum! *SI.* hem modŏne id demum sensti, Pamphile?
olim istuc, olim quom ita animum induxti tuom,
quod cuperes aliquo pacto efficiundum tibi,
e͡odem die istuc verbum vere in te accidit.
sed quid ego? quor me excrucio? quor me macero?
quor meăm senĕctutem huius sollicito amentia?
an ŭt pro hui(u)s peccatis ego supplicium sufferam?
immo habeat, valeat, vivat cŭm ĭlla. *PA.* mi pater!
SI. quid "mi pater"? quasi tŭ hŭius indigeas patris.
domus uxor liberi inventi invito patre;
adducti qui illam hinc civem dicant: viceris.
PA. pater, licetne pauca? *SI.* quid dices mihi? *CH.* at
tamen, Simo, audi. *SI.* ego audiam? quid audiam,
Chremē? *CH.* at tandem dicat. *SI.* age dicat, sino.

PA. ego me amare hanc fateor; si id peccarest, fateor id quoque.
tibi, pater, me dedo: quidvis oneris inpone, impera.
vis me uxorem ducere? hanc vis [a]mittere? ut potero feram.
hoc modo te obsecro, ut ne credas a me adlegatum hunc senem:

881 hanc *om. P* cupiat $C^1PG^2E^1v$ 882 hem *om.* $C^1P^1p^1$ sensisti Σ 883 -mam *G* 884 quo *schol. v* 885 eo. d.] nuncine demum *Priscian.* ii. 102 verum in te *p*: in te vere *G* 886 cur me autem excr. *GLp* autem (aut *L*) cur me mac. *GL* 888 *incipit codex Bembinus* (*A*) *an* peccato (*cum* pro huiu')? 892 ci. hinc Σ 893 dicis *L* 893–4 at tamen *G*: et tamen *v*: tamen *cett.* 894 quid ego au. A^2Σ 895 -mes *A* tamen *GLpEv*: tandem *cett.*: *an* tamendem? sino *om. A* di. sine A^2Σ (*praeter G* sine di.) 897 quodvis *Iov.* 898 hanc am. (*om.* vis) *Kauer* 899 a me cr. *Eutych.* 475

sine me expurgem atque illum huc coram adducam. *SI.* adducas? *PA.* sine, pater.
CH. aequom postulat: da veniam. *PA.* sine te hoc exorem. *SI.* sino.
quidvis cupio dum ne ab hoc me falli comperiar, Chreme.
CH. pro peccato magno paullum supplici satis est patri.

CRITO CHREMES SIMO PAMPHILVS **iv**

CR. Mitte orare. una harum quaevis causa me ut faciam monet,
vel tu vel quod verumst vel quod ipsi cupio Glycerio.
CH. Andrium ego Critonem video? certe is ĕst. *CR.* salvo' sis, Chreme.
CH. quid tu Athenas insolens? *CR.* evenit. sed hicinest Simo?
CH. hic. *CR.* Simo . . *SI.* men quaeris? eho tu, Glycerium hinc civem esse ais?
CR. tu negas? *SI.* itane huc paratus advenis? *CR.* qua re? *SI.* rogas?
tune inpune haec facias? tune hic homines adulescentulos
inperitos rerum, eductos libere, in fraudem inlicis?
sollicitando et pollicitando e͡orum animos lactas? *CR.* sanun es?
SI. ac meretricios amores nuptiis conglutinas?
PA. perii, metuo ut substet hospes. *CH.* si, Simo, hunc noris satis,
non ita arbitrere: bonus est hic vir. *SI.* hic vir sit bonus?

901 hoc **om. Σ** sino permitto *L* 902 dum ad hoc me *G* 906 vi. Cr. *D* et ce. *p* is est *om.* p^1 (*recte?*) 907 hicine **om.** G^1 908 CH. hic SI. men qu. Σ (*praeter* C^1P^1) hic] sic D^2 tu **om.** *p* ci. hinc *D* (*ex* hunc), *GLp*: tunc ci. C^1 909 q. de re Σ (*praeter* C^1P^1p) 910 hic *om.* p^1 912 *P Don.* (*cf. schol. D* 'aliter "iactas" secundum Donatum'): . . ans *A* (*prior versus pars n. l.*): iactas *cett.* sanusne ω: sanus *Kauer* 913 ac *om. p* 914 substes D^1: subsistat *p gl. II ut vid.* 915 -are *CPV* (?) sit vir δ

itane adtemperate evenit, hodie in ipsis nuptiis
ut veniret, ant(e)hac numquam? est vero huic credundum, Chreme.
PA. ni metuam patrem, habeo prŏ ĭlla rĕ ĭllum quod moneam probe.
SI. sycophanta. *CR.* hem. *CH.* sic, Crito, est hic: mitte. *CR.* videat qui siet.
si mihi perget quae volt dicere, ea quae non volt audiet.
ego ĭstaec moveo aut curo? non tu tu͡om malum aequo animo feras!
nam ego quae dico vera an falsa audierim iam sciri potest.
Atticus quidam olim navi fracta ad Andrum eiectus est
et ĭstaec una parva virgo. tŭm ĭlle egens forte adplicat
primum ad Chrysidis patrem se. *SI.* fabulam inceptat. *CH.* sine.
CR. itane vero obturbat? *CH.* perge. *CR.* tum—is mihi cognatus fuit
qui e͡um recepit. ibi ego audivi ex illo sese esse Atticum.
is ibi mortuost. *CH.* ei(u)s nomen? *CR.* nomen tam cito tibi?
Phania? hem 928a
perii! verum hercle opinor fu͡isse Phaniam; hoc certo scio,
Rhamnusium se aiebat esse. *CH.* o Iuppiter! *CR.* eadem haec, Chreme,

916 ita C^1P venit AD^1GLVv^2: veni p^1 917 ante *A* (*tres litteras superscr. man.* 2) 918 quod illum γ 919 sic] si DG^1L^1pV 920 *bis scriptus in A* (*alterum uncis secl. Iov.*) -git *p* 921 moneo AE^1v^1 (?) tu *om. E* *A*: feres Σ 922 ego *om. CP* dixi Σ audieris *Iov.* Σ (*praeter* G^1) 923 apud γ*G* *Priscian.* i. 344 926 is *om. GV* perge tu. CR. is *Bentley* 927 ubi e. v^1: ibi ergo DL^1 se civem esse *Dp* Att. esse γ 928 ibi *om. p* 928–9 ti. . . per. *sine notis A*: PA. Phan. SI. hem PA. per. *Iov.* Phan. *Critoni continuat Don.* SI. hem *Don.*: CH. hem Σ SI. per. P^1 (*Chremeti continuant cett.*): PA. per. *vel* CH. per. *Don.* CR. verum ω 928a Phania *etiam Iov., Don.* 929 certe *GV* 930 o *om. p*

multi alii in Andro tum audi[ve]re. *CH.* utinam id sit quod spero! eho dic mihi,
quid eam tum? suămne esse aibat? *CR.* non. *CH.* quoiam igitur? *CR.* fratri' filiam.
CH. certe meast. *CR.* quid ais? *SI.* quid tŭ ais? *PA.* arrige auris, Pamphile!
SI. qui credi'? *CH.* Phania illic frater meu' fuit. *SI.* noram et scio.
CH. is bellum hinc fugiens meque in Asiam persequens proficiscitur:
tum illam relinquere hic est veritus.† postilla nunc primum audio
quid ĭllo sit factum. *PA.* vix sum apud me: ita animu' commotust metu
spe gaudio, mirando tanto tam repentino hoc bono.
SI. nĕ ĭstam multimodis tuām inveniri gaudeo. *PA.* credo, pater.
CH. at mi unu' scrupulus etiam restat qui me male habet. *PA.* dignus es
cum tuā religione, odium: nodum in scirpo quaeri'. *CR.* quid ĭstuc est?
CH. nomen non convenit. *CR.* fuit hercle huic aliud parvae. *CH.* quod, Crito?
numquid meministi? *CR.* id quaero. *PA.* egon huiu' memoriam patiar meae
volŭptati obstare, quŏm ego possim in hac re medicari mihi?

931 tum *an* eum *incert. A* audiere *DGpV* ut ĭd sit (*cum* audivere) *Kauer* eho *om. AD*[1] 932 tum *om. p* 933 CR. . . SI.] SI. . . PA. *A* PA.] vel SI. *Don.* 934 *post* 935 *D*[1]*G*[1]*V* SI.] CR. *P*[1] quid *A*: qui id *Fleckeisen* *A*: ille Σ 935 hi. be. Σ tum fug. *DGLV* 936 posilla *A* (*corr. Iov.*) *an delend.* nunc? 938 tantum *A* (*corr. Iov.*) hoc tanto t. r. b. *γp*: tanto hoc t. r. b. *DGLV* 939 ne] sane *C*[2]*P*[2]*D*[1]*GVEv* ·ire *A* 940 *an* scrupulum? 941 odio *C*[2]*P*[2]*D*[1]*GL*[2]*pVEv* istud *edd.* 943 eius *p* 944 egomet δ*E*

heus, Chreme, quod quaeri', Pasibulast. *CH.* ipsa ⟨ea⟩st. *CR.* east.
PA. ex ipsa miliens audivi. *SI.* omnis nos gaudere hoc, Chreme,
te credo credere. *CH.* ita me dĭ ament, credo. *PA.* quod restat, pater . .
SI. iamdudum res redduxit me ipsa in gratiam. *PA.* o lepidum patrem!
de uxore, ita ut possedi, nil mutat Chremes? *CH.* causa optumast;
nisi quid pater ait aliud. *PA.* nempe id. *SI.* scilicet. *CH.* dos, Pamphile, est
decem talenta. *PA.* accipio. *CH.* propero ad filiam. eho mecum, Crito;
nam illam me credo haud nosse.—*SI.* quor non illam huc transferri iubes?
PA. recte admones: Davo ego ĭstuc dedam iam negoti. *SI.* non potest.
PA. qui? *SI.* quia habet aliud magis ex sese et maiu'. *PA.* quidnam? *SI.* vinctus est.
PA. pater, non recte vinctust. *SI.* haud ita iussi. *PA.* iubĕ solvi, obsecro.
SI. age fiat. *PA.* at matura. *SI.* eo intro. *PA.* o faustum et felicem diem!

V CHARINVS PAMPHILVS DAVOS

CH. Proviso quid agat Pamphilūs. atque eccum. *PA.* aliquis fors[itan] me putet

945 non patiar heus Σ (*iamb. octonar.*) CR. ipsa est CH. ea est Σ (*praeter* D^1L) 947 di bene am. CPD^2pEv am. ut cr. *v* quid E^1 948 reducit E^1 me ipsa res *p* ip. me *C* 950 aliud ait γ id *om. Iov. CP* SI. *om. A*: vel CH. *Don.* SI. id scil. δE^2v (E^1 at sc.) Pamphili δ *Don. ut vid.* 951 SI. acc. *Spengel* propera E^1 mec. veni Cr. *v* 953 iam *om. p* 954 qui non potest *CPD* (*ex corr.*), *GpEv* al. mag. hab. DGL^1V: mag. al. hab. *p* 956 fel. hunc di. Σ (*praeter* $G^1\epsilon$) 957 atque *om.* ε me *om. V*

non putare hoc verum, at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.
ego de͡orum vitam propterea sempiternam esse arbitror
quod volŭptates e͡orum propriae sunt ; nam mi inmortalitas
partast, si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit.
sed quĕm ego mihi potissumum optem, nunc quoĭ haec narrem, dari ?
CH. quid ĭllud gaudist ? *PA.* Davom video. nemost quem mallem omnium ;
nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia.
DA. Pamphilus ubinam hic est ? *PA.* Dave. *DA.* quis homost ? *PA.* ego sum. *DA.* o Pamphile. V. vi
PA. nescis quid mi obtigerit. *DA.* certe ; sed quid mihi ŏbtigerit scio.
PA. et quidem ego. *DA.* more hominum evenit ut quod sim nanctus mali
priu' rescisceres tu quam ego ĭllud quod tibi evenit boni
PA. Glycerium mea su͡os parentis repperit. *DA.* factum bene. *CH.* hem.
PA. pater amicu' summu' nobis. *DA.* quis ? *PA.* Chremes. *DA.* narras probe.
PA. nec mora ullast quin eam uxorem ducam. *CH.* num illic somniat
ea quae vigilans voluit ? *PA.* tum de puero, Dave . . *DA.* ah desine !
solus est quem diligant di. *CH.* salvo' sum si haec vera sunt.

958 sic *om. CP* 959 vi. de. γ eapropter *Serv. auct. ad Ecl.* vii. 31 (*non Nonius* 362, *Eugr. in Haut.* 693) : praeter ea *E* 961 parata est *DGpV* nu. umquam ae. *DL* 962 mihi ego *G* : ego *L* pot. mihi γ exoptem Σ (*praeter* L^1) cui nunc δ (*L om.* nunc) 963 CH.] vel DA. *Don.* malim Σ 965 *nova scaena* δ *Don.* hinc *A* (*corr. Iov.*) o *om. CPv* 967 venit A^2 (*recte*?) natus *G* : nactus *ex* natus *E* 968 tu *om. A* 969 mea Gl. Σ o fa. *CPDpEv* 970 narres *D* 971 morast ulla *A* (*i. e.* morăst ; *recte*?) : ulla mora est *v* qu. iam ux. d. *CP* (*recte*?) : qu. ux. eam d. *V* illi *A* : ille *Iov.* Σ 972 tu *E* aha *DLV* 973 es v^2 ventura sunt D^1

conloquar. *PA.* quis homost? [o] Charine, in tempore ipso mi advenis.
CH. bene factum. *PA.* audisti[n]? *CH.* omnia. age, me in tu͡is secundis respice.
tuos est nunc Chremes: facturum quae voles scio ĕsse omnia.
PA. memini: atque adeo longumst illum me exspectare dum exeat.
sequere hac me: intus apŭd Glycerium nunc est. tu, Dave, abĭ domum,
propera, accerse hinc qui auferant. em quid stas? quid cessas? *DA.* eo.
ne exspecteti' dum exeant huc: intu' despondebitur;
intu' transigetur siquid est quod restet. *CANTOR.* plaudite!

ALTER EXITVS SVPPOSITICIVS

PAMPHILVS CHARINVS CHREMES DAVOS

PA. Te exspectabam: est de tua re quod agere ego tecum uolo.
operam dedi ne me esse oblitum dicas tuae gnatae alterae:
tibi me opinor inuenisse dignum te atque illa uirum.
CHA. perii, Daue: de meo amore ac uita ***nunc*** sors tollitur.
CHR. non noua istaec mihi condiciost, si uoluissem, Pamphile.
CHA. occidi, Daue. *DA.* *ah*, mane. *CHA.* perii. *CHR.* id quam ob rem non uolui eloquar.

974 adibo et co. Σ (*praeter p*) -quor D^1V^1 qui *G* mihi *om CP* 975 em aud. C^1P: hem aud. *schol. D, GLVEv* sec. rebus Σ resp. o Pamphile *Ev* 977 nos il. exp. Σ 978 me hac *V* a Gl. *A* (*corr. Iov.*): *an* ad Gl.? est *om. A* abi in d. *L* 979 propere Σ em C^1: eam *cett.* 980 PA. ne AD^1Lp(?), E^1(?) eant *A* desponsabitur *V* 981 restat δ*E Serv. in Aen.* vi. 890 (*non Don. in Ad.* 511) 982 sqq. *om. A*Σ: 'hi versus . . negantur Terentii esse adeo ut in plurimis exemplaribus bonis non ferantur' *Don.*: 'hos tollendos esse versus persuadet (977). Si enim acta sunt ista in publico, quemadmodum dici possunt, maxime cum sequatur (980)?' *Eugr.* *Sed illos versus quos* (*post* 976) *Don. et Eugr. memorant et hos versus quos codd. deteriores exhibent quis praestat eosdem esse?*

non idcirco quod eum omnino adfinem mihi nollem, *CHA.* hem.
DA. tace.
CHR. sed amicitia nostra quae est a patribus nostris tradita,
non aliquam partem, *sed* studui adauctam tradi liberis.
nunc quom copia ac fortuna utrique ut obsequerer dedit,

detur. *PA.* bene factum. *DA.* adi atque age homini gratias.
CHA. salue, Chremes, amicorum meorum omnium
amicissime. quid? mihi non minus est gaudio
me repperisse, ut habitus antehac fui tibi,
quam *mi euenire nunc* id quod *ego* abs te expeto.
CHR. animum, Charine, quo[ad]cumque adplicaueris,
studium exinde ut erit, tute existimaueris.
PA. id ita esse facere coniecturam ex me licet
CHA. alienus abs te tamen qui esses noueram.
CHR. ita res est. gnatam tibi meam Philumenam
uxorem et dotis sex talenta spondeo.

HEAVTON TIMORVMENOS

DIDASCALIA

INCIPIT HEAVTON TIMORVMENOS TERENTI : ACTA LVDIS MEGALENSIBVS L · CORNELIO LENTVLO L · VALERIO FLACCO AEDILIBVS CVRVLIBVS EGERE L · AMBIVIVS TVRPIO L · ATILIVS PRAENESTINVS : MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI : ACTA I · TIBIIS INPARIBVS DEINDE DVABVS DEXTRIS · GRAECA EST · MENANDRV : FACTAST III M' IVVENTIO TI · SEMPRONIO COS ·

---

ludis *om. A* egere . . Praen. Σ : egit Amb. Turp. *A* Gr. Men. prima acta secunda modos *Evε* acta I primum *A* : acta primo Σ (*hic om. Evε*) deinde du. dex. *om. Evε* Menandri Σ Gr. est Men. *ante* acta Megal. *A* factast tertia *A* : facta iii Σ (*D* fa. iv; *L* fa. ii; *Evε* fa. secunda) M. Iunio T. (Tito) Sempronio Σ (Marco Tullio Iulio Simphronio *E*) : Cn. Cornelio Marco Iuvenio *A*

Haut. habent: Aα (nonnisi 464–516, 602–42), CD (praeter 466–517), Eη (praeter 1–16, 310–822, 903–81), εFG (praeter perioch.–313, 1049–67), Lλ (nonnisi 522–904), Ppv Donati commentum deest Fabulae locum (post Andr.) improbat Kauer

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

In militiam proficisci gnatum Cliniam
amantem Antiphilam conpulit durus pater
animique sese angebat facti paenitens.
mox ut reversust, clam patrem devortitur
ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidem.
cum accerseret cupitam Antiphilam Clinia,
ut eius Bacchis venit amica ac servolae
habitum gerens Antiphila: factum id quo patrem
suum celaret Clitipho. hic technis Syri
decem minas meretriculae aufert a sene.
Antiphila Clitiphonis reperitur soror:
hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

PERI. 1 miliam *A*   4 patre AP^2DLp^2EFv 5 ac *A*   6 Cl. *om. A*   7 ut] et *A*   8 fictum CPD^2p^2EFv quod AP^1 patre AC^1 (?)   9 suum *om. E*   10 meretricula *A*   11 so. rep. *v*   12 alia *A*

PERSONAE

(Prologvs)
Chremes Senex
Menedemvs Senex
Clitipho Advlescens
Clinia Advlescens
Syrvs Servos
Dromo Servos
Bacchis Meretrix
Antiphila Virgo
Sostrata Matrona
(Canthara) Nvtrix
Phrygia Ancilla
(cantor)

---

in CPF in armario undecim pictae sunt personae

PROLOGVS

Nequoi sit vostrum mirum quor partis seni
poeta dederit quae sunt adulescentium,
id primum dicam, deinde quod veni eloquar.
ex integra Graeca integram comoediam
hodie sum acturus H[e]auton timorumenon,
duplex quae ex argumento facta est simplici.
novam esse ostendi et quae esset: nunc qui scripserit
et quoia Graeca sit, ni partem maxumam
existumarem scire vostrum, id dicerem.
nunc quăm ŏb rem has partis didicerim paucis dabo.
oratorem esse voluit me, non prologum:
vostrum iudicium fecit; me actorem dedit.
sed hic actor tantum poterit a facundia
quantum ille potuit cogitare commode
qui orationem hanc scripsit quam dicturu' sum?
nam quod rumores distulerunt malevoli
multas contaminasse Graecas, dum facit
paucas Latinas: factum id esse hic non negat
neque se pigere et deinde facturum autumat.
habet bonorum exemplum quo exemplo sibi
licere [id] facere quod ĭlli fecerunt putat.
tum quod malevolu' vetu' poeta dictitat
repente ad studium hunc se adplicasse musicum,

1 vestrum sit δ*E* (*non Priscian. Metr. Ter.* 423) 3 loquar ε 6 du.] ' dum et Latina eadem et Graeca est ' *Eugr.* simplici] duplici *A* (*corr. Iov.*) 11 vo. es. *A* 12 me tamen act. *L* 13 sed *etiam Arusian.* 501: si *Bentley* a *om.* D^1E^1 (*non Arusian.*) 15 hanc totam scr. *L* dicturi sumus *A* (*corr. Iov.*) 16 malivoli *A* 18 id es. fa. hic n. ne. CPD^2LFv : id es. fa. n. ne. D^1 : id fa. es. n. ne. *pE*η (*in mg. fortasse* hic *suppl.*) 19 se id pi. Σ (*F* id se) 21 id *om.* D^1p putant *A* 23 se appl. hunc γ

amicum ingenio fretum, haud natura sua:
arbitrium vostrum, vostra existumatio
valebit. quare omnis vos oratos volo,
ne plus iniquom possit quam aequom oratio.
facite aequi siti', date crescendi copiam
novarum qui spectandi faciunt copiam
sine vitiis. ne ille pro se dictum existumet
qui nuper fecit servo currenti in via
decesse populum: quor insano serviat?
de illi(u)s peccatis plura dicet quom dabit
alias novas, nisi finem maledictis facit.
adeste aequo animo, date potestatem mihi
statariam agere ut liceat per silentium,
ne semper servo' currens, iratus senex,
edax parasitu', sycophanta autem inpudens,
avaru' leno adsidue agendi sint seni
clamore summo, cum labore maxumo.
meă causa causam hanc iustam esse animum inducite,
ut aliqua pars labori' minuatur mihi.
nam nunc novas qui scribunt nil parcunt seni:
siquae laboriosast, ad me curritur;
si lenis est, ad alium defertur gregem.
in hac est pura oratio. experimini
in utramque partem ingenium quid possit meum.
[si numquam avare pretium statui arti meae
et eum esse quaestum in animum induxi maxumum,
quam maxume servire vostris commodis:]
exemplum statuite in me, ut adulescentuli
vobis placere studeant potiu' quam sibi.

25 vestrum est *p* 26 quamobrem D^1Lp (*non Priscian.* i. 308) 29 faciant D^1L 39 assiduo $\delta\eta$ $C^1PE^2F^1v^1\epsilon^1$: sunt seni D^1 : sint mihi seni *L* : sit mihi *A* : sint mihi *cett.* (*cf. ad* 43) 40 su.] magno *v* 43 seni] mihi C^2v^2 44 siqua Σ decurritur *p* 45 sin CPD^1LE^2Fv 48–50 *Hec. prol.* 49–51 48–9 *om. A* 49 in *om. E* duxi *p* 50 vestris se. co. *v*

ACTVS I

CHREMES MENEDEMVS i

CH. Quamquam haec inter nos nuper notitia admodumst
(inde adeo quod agrum in proxumo hic mercatus es)
nec rei ferĕ sane amplius quicquam fuit,
tamen vel virtus tua me vel vicinitas,
quod ego in propinqua parte amicitiae puto,
facit ut te audacter moneam et familiariter
quod mihi videre praeter aetatem tuam
facere et praeter quam res te adhortatur tua.
nam pro deum atque hominum fidem quid vis tibi aut
quid quaeris? annos sexaginta natus es
aut plus eo, ut conicio; agrum in his regionibus
meliorem neque preti maiori' nemo habet;
servos compluris: proinde quasi nemo siet,
ita ăttente tute illorum officia fungere.
numquam tam mane egredior neque tam vesperi
domum revortor quin te in fundo conspicer
fodere aut arare aut aliquid ferre denique.
nullum remitti' tempu' neque te respicis.
haec non volŭptati tibi ĕsse sati' certo scio. at
enĭm dices "quantum hic operi' fiat paenitet."
quod in opere faciundo operae consumis tuae,
si sumas in ĭllis exercendis, plus agas.
ME. Chreme, tantumne ab re tuast oti tibi

58 -citer *A*ϵ 61 aut *Iov. LpE*[1] *Don. in Eun.* 45: *om. cett.* 65 quam plures $C^2D^2v\eta$ 66 -cio P^1F^1 67 tam (*prius*) *om. A* (*add. man.* 2 *vel Iov.*) 69 *post* ferre *dist. Iov.* (*non Cic. Fin.* i. 3; *Don. in Phorm.* 121) 72 (*cf.* 71) ad enim dices qu. *A* (en. me di. *Iov.*): at dices enim me qu. γ: at enim dices me qu. δ*E Don. in Phorm.* 172: at enim qu. *Serv. in Ecl.* ii. 34; *Aen.* i. 547 73 quid $P^1F^1v^2\eta^2$ 74 illis *om.* D^1 75 est ab re tua γ (*praeter* E^1)

alıena ut cures ea quae nil ad te attinent?
CH. homo sum: humani nil a me alienum puto.
vel me monere hoc vel percontari puta:
rectumst ego ŭt faciam; non est tĕ ŭt deterream.
ME. mihi sic est usu'; tibĭ ut opu' factost face.
CH. an quoiquamst usus homini se ut cruciet? *ME.* mihi.
CH. si quid laborist nollem. sed quid ĭstuc malist?
quaeso, quid de te tantum meruistī? *ME.* eheu!
CH. ne lacruma atque istuc, quidquid est, fac me ut sciam:
ne retice, ne verere, crede inquam mihi:
aut consolando aut consilio aut re iuvero.
ME. scire hoc vis? *CH.* hac quidĕm causa qua dixi tibi.
ME. dicetur. *CH.* at ĭstos rastros interea tamen
adpone, ne labora. *ME.* minime. *CH.* quam rem agis?
ME. sine me vocivom tempu' nequod dem mihi
labori'. *CH.* non sinam, inquam. *ME.* ah non aequom facis.
CH. hui tam gravis hos, quaeso? *ME.* sic meritumst meum.
CH. nunc loquere. *ME.* filium unicum adulescentulum
habeo. ah quid dixi habere me? immo habui, Chreme;
nunc habeam necne incertumst. *CH.* quid ita istuc? *ME.* scies.
est e Corintho hic advena anu' paupercula;
ei(u)s filiam ille amare coepit perdite,
prope iam ut pro uxore haberet: haec clam me omnia.

76 ad te *om. A* (*add. man.* 2), F^1 77 a me nihil γ (*praeter E*) (*non Seneca Epist.* 95, 53) 79 relictum est D^1 (?), L^1 80 op. factost *A*δ : op. est facto γ 81 hominis est us. *A* : est homini us. γ (*praeter E*), *DL* ut se γ (*praeter Ev*) 82 -oris est ω (*praeter* E^1 -ori est) 83 tant. tibi mer. *L* heu *Sacerdos* 447 : ei mihi $D^2p^1E\eta$ (*ne versus hiet*) 89 depone L^2 *Serv. in Geo.* i. 94 90 me *om.* CPp^2Fv, *eras. D, exp.* η vacivom *Iov.* : vacuum Σ 94 ac quod *A* : at quod *Iov.* $CP^1D^1Lp^1Fv\eta$: ut quid E^1 : at quid *Sacerdos* 468 95 qu. ista istuc D^1v^1 : qu. istuc E^1 97–8 coe. virginem prope γ : coe. virg. perdite prope D^2 : virg. coe. perd. pro. p^2 98 iam *om. A* (*add. Iov.*)

ubi rem rescivi, coepi non humanitus
neque ut animum decuit aegrotum adulescentuli
tractare, sed vĭ ĕt viă pervolgata patrum.
cotidie accusabam: "hem tibine haec diutius
licere speras facere me vivo patre,
amicam ut habeas prope iam in uxoris loco?
erras, si id credis, et me ignoras, Clinia.
ego te meum esse dici tantisper volo
dum quod te dignumst facies; sed si id non facis,
ego quod me in te sit facere dignum invenero.
nulla adeo ex re istuc fit nisi ex nimio otio.
ego ĭstuc aetati' non amori operam dabam,
sed in Asiam hinc abii propter pauperiem atque ibi
simul rem et gloriam armis belli repperi."
postremo adeo res rediit: adulescentulus
saepe eadem et graviter audiendo victus est;
putavit mĕ et aetate et benevolentia
plus scire et providere quam se ipsum sibi:
in Asiam ad regem militatum abiit, Chreme.
CH. quid ais? *ME.* clam me profectu' mensis tris abest.
CH. ambo accusandi; etsi illud inceptum tamen
animist pudenti' signum et non instrenui.
ME. ubi comperi ex îs qui e͡i fuere conscii,
domum revortor maestus atque animo fere
perturbato atque incerto prae aegritudine.
adsido: adcurrunt servi, soccos detrahunt;
video alios festinare, lectos sternere,
cenam adparare: pro se quisque sedulo
faciebant quŏ ĭllam mihi lenirent miseriam.
ubi video, haec coepi cogitare "hem tot mea

99 rem] id *γ* (*praeter* E^1), D^2p^2 108 quid p^1 sit in te $pE\eta$ 111 at. i. *om.* *A* (*add. Iov.*) 112 *an* simŭl rem mi? 115 *om.* *A* put. me etate et sapientia *Iov.*: *vix* put. med et aet. et sap. 118 agis *L* me est prof. Σ 119 sed si *A* 120 prud. D^1p^2 121 fu. ei Σ 123 conturb. γp^2 127 -bat Σ (*praeter* p^1) 128 mei p^2

soli[us] solliciti sunt causa ut me unum expleant?
ancillae tot me vestient? sumptus domi
tantos ego solu' faciam? sed gnatum unicum,
quem pariter uti his decuit aut etiam amplius,
quod ĭlla aetas magis ad haec utenda idoneast,
eum ego hinc eieci miserum iniustitia mea!
malo quidem me dignum quovis deputem,
si id faciam. nam usque dum ille vitam illam colet
inopem carens patria ob meas iniurias,
interea usque illi de me supplicium dabo
laborans parcens quaerens, illi serviens."
ita facio prorsu': nil relinquo in aedibus
nec vas nec vestimentum: conrasi omnia.
ancillas servos, nisi eos qui opere rustico
faciundo facile sumptum exsercirent suom,
omnis produxi ac vendidi. inscripsi ilico
aedis mercede. quasi talenta ad quindecim
coegi: agrum hunc mercatu' sum: hic me exerceo.
decrevi tantisper me minus iniuriae,
Chreme, meō gnato facere dum fiam miser;
nec fas esse ulla me voluptate hic frui,
nisi ubi ille huc salvo' redierit meu' particeps.
CH. ingenio te esse in liberos leni puto,
et ĭllum obsequentem siqui' recte aut commode
tractaret. verum nec tu illum sati' noveras
nec tĕ ĭlle; hoc qui fit? ubi non vere vivitur.
tu illum numquam ostendisti quanti penderes
nec tibi ĭllest credere ausu' quae est aequom patri.

129 sint *T. Faber* 130 D^1p^2: -ant *cett.* 134 -ci *ex* -cis *A* ei. hinc *DpEη* 136 co. *etiam Nonius* 250: colit *A*: incolet D^2LEF^1v 138 int. il. d. m. u. s. E^1 (*schol.* usque *post* int. *ins.*): usque de me s. D^1 (*man.* 2 *superscr.* illi) 139 qu. pa. *DpEη* 140 *post* fa. *dist. Iov.* 143 *schol. Bemb. ut vid.* (' exercerent: resarcirent '): exercerent *ω* (*praeter LE* exercent) 145 -cedem *Iov., unde* aedis. mercedem qu. *Kauer* 147 ta. me *etiam Cic. Tusc.* iii. 65; *cf. Fin.* v. 28 149 nec mihi fas *A* his *A* 151 in *om. A* (*add. Iov.*) 153 sa. il. *DpE* 154 ille te *E* qui] ibi *ex* qui Ppv^2: ubi *Fleckeisen* 156 ille cr. est au. *γ* (*praeter η*), *L*

quod si esset factum, haec numquam evenissent tibi.
ME. ita res est, fateor: peccatum a me maxumest.
CH. Menedeme, at porro recte spero et ĭllum tibi
salvom adfuturum esse hic confido propediem.
ME. utinam ita di faxint! *CH.* facient. nunc si commodumst,
Dionysia hic sunt hodie: apud me sis volo.
ME. non possum. *CH.* quor non? quaeso tandem aliquantulum
tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
ME. non convenit, quĭ ĭllum ad laborem in⟨pe⟩pulerim,
nunc me ipsum fugere. *CH.* sicine est sententia?
ME. sic. *CH.* bene vale. *ME.* et tu.—*CH.* lacrumas excussit mihi
miseretque mĕ ĕiu'. sed ut diei tempus est,
tempust monere me hunc vicinum Phaniam
ad cenam ut veniat: ibo, visam si domist.—

⟨*Saltatio Convivarum*⟩

nil opu' fuit monitore: iamdudum domi
praesto apŭd me esse aiunt. egomet convivas moror.
ibo adeo hinc intro. sed quid crepuerunt fores
hinc a me? quinam egreditur? huc concessero.

CLITIPHO CHREMES ii

CL. Nil adhuc est quod vereare, Clinia: haudquaquam etiam cessant
et ĭllam simŭl cum nuntio tibi hĭc adfuturam hodie scio.

158 *Dp*[1]*E*[1]: -mumst *cett.* (-mum esse *ϵ*) 160 -iem *ex* -ie *A* 161 fax.] faciant *C*[1]*PF*[1] si est co. Σ (*praeter LE*) 162 *post* sunt *dist. Iov.* 163 qu. te ta. *Lη* 165 ab *A* (*corr. Iov.*) inpellerim *C*[1]: *gloss.* coegerim *in DEvη*: hinc pep. *Bentley* 166 est *om. E* 168 ut *om. D*[1] 169 tempust *schol. Bemb. ut vid.* ('tempus supra horam significat'): *om. ω* 170 ibo ut vi. *γD*[2]*Lp*[2] *de saltatione vide Skutsch* (*Herm.* xlvii. 141) 173 ad. *om. γ* (*praeter v*), *L* hinc] nihil *A* (*corr. Iov.*) 174 *om. A* hinc a me *om. E*[1]*η*[1]*ϵ* quisnam *D*[1] 175 eti. adhuc ce. *D* 176 ti. hic ego adf. *CPLv*: tibi ego hic adf. *p*

proin tu sollicitudinem istam falsam quae te excruciat mittas.
CH. quicum loquitur filius?
CL. pater adest quem volui: adibo. pater, opportune advenis.
CH. quid id est? *CL.* hunc Menedemum nostin nostrum vicinum? *CH.* probe.

CL. huic filium scis esse? *CH.* audivi esse in Asia. *CL.* non est, pater:
apŭd nos est. *CH.* quid ais? *CL.* advenientem, e navi egredientem ilico
abduxi ad cenam; nam mihi cum eo͡ iam inde usque a pueritia
fu͡it semper familiaritas. *CH.* volŭptatem magnam nuntias.
quam vellem Menedemum invitatum ut nobiscum esset, amplius
ut hanc laetitiam necopinanti primus obicerem e͡i domi!
atque etiam nunc tempus est. *CL.* cavĕ faxis: non opus est, pater.
CH. quapropter? *CL.* quia enim incertumst etiam quid se faciat. modo venit;
timet omnia, patris iram et animum amicae se erga ut sit suae.
e͡am misere amat; propter eam haec turba atque abitio evenit. *CH.* scio.
CL. nunc servolum ad eam in urbem misit et ego nostrum una Syrum.
CH. quid narrat? *CL.* quid ĭlle? miserum se esse. *CH.* miserum? quem minu' crederest?

179 adi. ad eum ah pa. $L^2E^2\eta^2$ (*om.* ah) 180 id *om.* *A* nosti *CPF*^{1} (*recte?*) 183 add. *Ev* nam mihi magna *ApF*^{2} (*recte? cum* pu. *quadrisyll.*): magna mihi (*om.* nam) D^1 usque *om.* F^1 185 *ante* amp. *dist. Eugr.* amp. *om. A ut vid.* (*non schol. Bemb.*; *Nonius* 321) 186 prius D^1p ei ob. *Iov.* (*recte?*) 187 eti. *om.* D^1 est op. *v* 188 certumst *A* (*corr. schol.*): incertust *Fleckeisen* 189 et *A*: atque Σ se *om.* AF^1 190 eam (*prius*)] nam η^1 venit $v\eta^1$: *om.* E^1 192 *CPLv*: mis. sese es. *F*: mis. es. ait E^1: se mis. es. *cett.* cr. *etiam Don. in Hec.* 535; *Serv. in Ecl.* x. 46: -rem *schol. E*: -res *Lachmann*

quid relicuist quin habeat quae quidem in homine dicuntur bona?
parentis, patriam incolumem, amicos genu' cognatos ditias.
atque haec perinde sunt ut illi(u)s animu' quĭ ea possidet:
qui uti scit e͡i bona; illi qui non utitur recte mala.
CL. immo ill' fuit senĕx inportunu' semper, et nunc nil magis
vereor quam nequid in ĭllum iratu' plus satis faxit, pater.
CH. illene? (sed reprimam me: năm in metu esse hunc illist utile.)
CL. quid tute tecum? *CH.* dicam: ut ut erat, mansum tamen oportuit.
fortasse aliquanto iniquior erăt praeter ei(u)s lubidinem:
pateretur; nam quem ferret si parentem non ferret suom?
huncin erat aequom ex illi(u)s more an illum ex huiu' vivere?
et quod ĭllum insimulat durum id non est; nam parentum iniuriae
uniu' modĭ sunt ferme, paullo qui est homo tolerabilis:
scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivarier,
praebent exigue sumptum; atque haec sunt tamen ad virtutem omnia.
verum ubi animus semel se cupiditate devinxit mala,
necessest, Clitipho, consilia consequi consimilia. hoc
scitumst: periclum ex aliis face[re] tibi quod ex usu siet.
CL. ita credo. *CH.* ego ibo hinc intro, ut videam nobis quid ĭn cena siet.
tŭ, ŭt tempus est diei, vidĕ sis nequo hinc abeas longius.

193 quidem esse in γ*L* 195 *AE*: il. est an. *Censorin. Di. Nat.* 1: il. an. est Σ 196 ei *om. p* bo.] bene *A* (*corr. Iov.*) 198 in *om. A* (*add. Iov.*) 199 illicine *Fleckeisen* in menam *A* (*corr. Iov.*) 200 tu tec. *v* 201 -ntum *A* 203 *an* ae. illiu'? 206 no. *semel* pF^1v 207 atque *etiam Don. in Andr.* 482 (*om.* tamen) sump. haec sunt *A*: sump. et ea sunt *Iov.* 208 an. ubi *CPLFv* 209 sim. hoc *L*: consim. (*eras.* hoc?) *P* 210 face $D^2L^2E^2\eta^2$ (*vel* fac) 211 no. qu. incensiet A^1: no. qu. cenae siet *Iov.*: no. ce. qu. si. *CPLFv*: ce. qu. no. si. *D* (quid *ex* quod), *E* (quod), *p*η

ACTVS II

i CLITIPHO

CL. Quăm iniqui sunt patres in omnis adulescentis iudices!
qui aequom esse censent nos a pueris ilico nasci senes
neque ĭllarum adfinis esse rerum quas fert adulescentia.
ex sŭā lubidine moderantur nunc quae est, non quae olim fuit.
mihĭn si umquam filius erit, nĕ ĭlle facili me utetur patre;
nam et cognoscendi et ignoscendi dabitur peccati locus:
non ut meus, qui mihi per alium ostendit sŭām sententiam.
perii! is mi, ubi adbibit plus paullo, sua quae narrat facinora!
nunc ait "periclum ex aliis facito tibi quod ex usu siet":
astutu'. nĕ ĭlle haud scit quam mihi nunc surdo narret fabulam.
mage nunc me amicae dicta stimulant "da mihi" atque "adfer mihi":
quoi quod respondeam nil habeo; neque me quisquamst miserior.
nam hic Clinia, etsi is quoque suarum rerum satagit, attamen
habet bene et pudice eductam, ignaram artis meretriciae.
meast potens procax magnifica sumptuosa nobilis.
tum quod dem [ĕī] "recte" est; nam nil esse mihi religiost dicere.
hoc ego mali non pridem inveni neque etiamdum scit pater.

214 quia $D^1\eta^1$ nos iam a Σ il. *om. v* 215 adul. sinunt *P* 217 *CPD*[2]*LpE*[2]*Fv*: mihi *AD*[1]*E*[1] usq. *L*[1]*E*[2] facillime *Aϵ*[1]: -mo *D*[2]*Eϵ*[2]*η*[1] (-ilimo) -atur *L* *an* m. sĭ um. er. fi. ne ill' fa.? 218 -atis Σ (*praeter v*), *schol. Bemb.* (*recte*?) 219 meust *Fleckeisen* 221 ex illis *A* (*corr. Iov.*) 223 facta vel dicta *E* adfert *A* 224 *deest in A* quid Σ 225 hic] mihi *A* (*corr. Iov.*) quoque *del. Iov.* Σ (*praeter F*[1]): satagit att. *ex* satagitat tamen (*sic etiam F*[1]) *effecit Iov.*: *de A Charis.* 218, *glossar. ps.-Cyrill.* (*s.v.* μεριμνῶ) *non liquet*: satagit *testatur Arusian.* 510 226 et] ac *Dpη*[1] (*non Charis.*) ductam *A* (*corr. Iov.*) et ign. *A* 227 east *A* (*corr. Iov.*) (*non Nonius* 351) po. *etiam Nonius* 228 ei *Iov.* Σ *Sacerdos* 461: *om. A Gellius* iv. 9, 11 mihi ni. es. *Serv. in Aen.* ii. 715

CLINIA CLITIPHO ii

CLIN. Si mihi secundae res de amore meo essent, iamdudum scio
venissent; sed vereor ne mulier me absente hic corrupta sit.
concurrunt multae opiniones quae mihi animum exaugeant:
occasio locus aetas mater quoi(u)s sub imperiost mala,
quoi nil iam praeter pretium dulcest. *CLIT.* Clinia. *CLIN.* ei misero mihi!
CLIT. etiam caves ne videat forte hic te a patre aliquis exiens?
CLIN. faciam; sed nescioquid profecto mi animu' praesagit mali.
CLIT. pergin istuc priu' diiudicare quam scis quid veri siet?
CLIN. si nil mali esset iam hic adessent. *CLIT.* iam aderunt. *CLIN.* quando istuc erit?
CLIT. non cogitas hinc longule esse? et nosti mores mulierum:
dum moliuntur, dum conantur, annus est. *CLIN.* o Clitipho,
timeo. *CLIT.* respira: eccum Dromonem cum Syro una: adsunt tibi.

SYRVS DROMO CLINIA CLITIPHO iii

SY. Ain tu? *DR.* sic est. *SY.* verum interea, dum sermones caedimus,
illae sunt relictae. *CLIT.* mulier tibi adest. audin, Clinia?
CLIN. ego vero audio nunc demum et video et valeo, Clitipho.

235 cave $D^2L^2Ev^2\eta^2$ hinc *A* te *om. P* 236 ani. mihi $pE\eta^1$ 237 scias $C^2\delta EF^2v\epsilon\eta$ 238 mali est etiam $Lv\eta$ haec v^1 adessent $D^1p\epsilon\eta^2$: -et *cett.* aderit Σ (*praeter* D^1p aderint) qu. (*superscr.* iam) is. er. ε : qu. is. "iam" er. *Paumier* 239 longius abesse Σ (*praeter* D^1p^1 esse) (*non Pompeius* 250) et] domum eius et *D* 240 o *om.* $CPEv^1$

DR. minime mirum: adeo inpeditae sunt: ancillarum gregem
ducunt secum. *CLIN.* perii, unde illi sunt ancillae? *CLIT.* men rogas?
SY. non oportuit relictas: portant quid rerum! *CLIN.* ei mihi!
SY. aurum vestem; et vesperascit et non noverunt viam.
factum a nobis stultest. abĭ dum tu, Dromo, illis obviam.
propera: quid stas? *CLIN.* vae misero mi, quanta de spe decidi!
CLIT. quid ĭstuc? quae res te sollicitat autem? *CLIN.* rogitas quid siet?
vidĕn tu? ancillas aurum vestem, quăm ego cum una ancillula
hic reliqui, unde esse censes? *CLIT.* vah nunc demum intellego.
SY. di boni, quid turbaest! aedes nostrae vix capient, scio.
quid comedent! quid ebibent! quid sene erit nostro miserius?
sed video eccos quos volebam. *CLIN.* o Iuppiter, ubinamst fides?

dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
conlocupletasti te, Antiphila, et mĕ in his deseruisti malis,
propter quam in summa infamia sum et me͡o patri minus [sum] obsequens:
quoi(u)s nunc pudet me et miseret, qui harum mores cantabat mihi,

245 P^2: SY. *cett.* 247 num op. p^2 250 propere Σ (*praeter* D^1) de qu. *D* 251 q. i. est $D^2LEF^2\eta$ 253 un. es. ea D^1p : un. ea es. ε · un. ei es. *Bergk* int. de. *p* 255 bib. $D^2LE\epsilon$ seni *Iov.* (*recte*?) no. er. *Dp* 256 o] pro *Don. in Ad.* 330; *Claud. Don. in Aen.* iv. 373 257 int. lo.] *cf. ad Eun.* 255 258 *A* : Ant. te Σ 259 sum (*alt.*) *om.* Σ *Don. in Phorm.* 408

monuisse frustra neque eum potuisse umquam ab hac me expellere ;
quod tamĕn nunc faciam ; tum quom gratum mi esse potuit nolui.
nemost miserior me. *SY.* hic de nostris verbis errat vidĕlicet
quae hic sumu' locuti. Clinia, aliter tuom amorem atque est accipis :

nam et vitast eadem et animu' te erga idem ac fuit,
quantum ex ipsa re coniecturam fecimus.
CLIN. quid ĕst obsecro ? nam mihi nunc nil rerum omniumst
quod malim quam me hoc falso suspicarier.
SY. hoc primum, ut ne quid hui(u)s rerum ignores : anus,
quae est dicta mater esse ei ant(e)hac, non fuit ;
ea obiit mortem. hoc ipsa in itinere alterae
dum narrat forte audivi. *CLIT.* quaenamst altera ?
SY. mane : hoc quod coepi primum enarrem, Clitipho :
post istuc veniam. *CLIT.* propera. *SY.* iam primum omnium,
ubi ventum ad aedis est, Dromo pultat fores ;
anu' quaedam prodit ; haec ubi aperuit ostium,
continuo hic se coniecit intro, ego consequor ;
anu' foribus obdit pessulum, ad lanam redit.
hic sciri potuit aut nusquam alibi, Clinia,
quo studio vitam su͡am te absente exegerit,
ubi de inprovisost interventum mulieri.
nam ea res dedit tum existumandi copiam

261 m. fr. dolet ne. $C^2P^2LEF^2v\epsilon$: do. m. fr. ne. *Dp* eum *om.* AL^1 -sset *A* nunquam v^1 *an* pellere ? 262 mihi gr. γ 265 er. te Σ (*praeter* $p\eta^1$) 266 fe. *A* : cepimus Σ (*praeter v* accepimus *et* ϵ^1 incepimus) 269 eius *Dp* 270 ei esse *Dp* 279 hinc Σ haut (-d) $C^1P^1DLpEFv\epsilon$ usquam $D^1L^2E^1v^2\epsilon^2$ 282 redit *A*

cotidianae vitae consuetudinem,
quae quoi(u)sque ingenium ut sit declarat maxume.
texentem telam studiose ipsam offendimus,
mediocriter vestitam veste lugubri
(ei(u)s anui' causa opinor quaĕ erat mortua)
sine auro; tum ornatam ita uti quae ornantur sibi,
nulla mala re esse expolitam muliebri;
capillu' pexu' prolixus circum caput
reiectu' neglegenter; pax. *CLIN.* Syre mi, obsecro,
ne me in laetitiam frustra conicias. *SY.* anus
subtemen nebat. praeterea una ancillula
erat; ea texebat una, pannis obsita,
neglecta, inmunda inluvie. *CLIT.* si haec sunt, Clinia,
vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?
scin hanc quam dicit sordidatam et sordidam?
magnum hoc quoque signumst dominam esse extra noxiam,
quŏm ĕius tam negleguntur internuntii.
nam disciplinast isdem munerarier
ancillas primum ad dominas qui adfectant viam.
CLIN. perge, obsecro te, et cavĕ ne falsam gratiam
studeas inire. quid ait ubi me nominas?
SY. ubi dicimus redisse te et rogare uti
veniret ad te, mulier telam desinit
continuo et lacrumis opplet os totum sibi,
ut facile scires desiderio id fieri [tuo].
CLIN. prae gaudio, ita me dĭ ament, ubi sim nescio:
ita timui. *CLIT.* at ego nil esse scibam, Clinia.

285 ostend. $D^1 \epsilon^1 \eta$ 287 q. tum er. $D^1 p \eta^1$ 288 ita *om.* *A* (*recte*?) -atur $\gamma D^2 L$ 289 nullam ϵ malam $\gamma D^1 L^1 p$ rem v^1 290 pe. *A Don. in Phorm.* 106: passus Σ: sparsus p^2 (*cf. Auson. Technopaeg.* 14, 22) 293 praeter eam ϵ 296 ut Σ ut hic dicit qu. (*cf.* 297) $p \epsilon^2 \eta^1$ (credo *add. schol.* η): ut di. qu. D^1 (credo *add.* D^2) 297 sc. tu h. γ (*praeter* η^1), *L* horridam *Madvig* (*non schol. Bemb.*) 299 cum t. ne. e. int. γ (*praeter* η) (ϵ *transp.*), *L* 301 quae $C^2 P^2 D L p^2 E v \eta \epsilon$ 302 te *om.* $D^1 p^1 \eta^1$ 305 mu. ad te *LE* *A Arusian.* 464: deserit *Iov.* Σ 307 scias *Bentley*

agedum vicissim, Syre, dic quaĕ ĭllast altera ?
SY. adducimus tu͡am Bacchidem. *CLIT.* hem quid ? Bacchidem ?
eho sceleste, quŏ ĭllam duci' ? *SY.* quŏ ego ĭllam ? ad nos scilicet.
CLIT. ad patrēm[ne] ? *SY.* ad eum ipsum. *CLIT.* ŏ hominis inpudentem audaciam ! *SY.* heus
non fit sine periclo facinu' magnum nec memorabile.
CLIT. hoc vide : in meă vita tu tibi laudem is quaesitum, scelus ?
ubi si paullulum modo quid te fugerit, ego perierim.
quid ĭllo facias ? *SY.* at enĭm . . *CLIT.* quid "enĭm" ? *SY.* si sinas, dicam. *CLIN.* sine.
CLIT. sino. *SY.* ita res est haec nunc quasi quom . . *CLIT.* quas, malum, ambages mihi
narrare occipit ? *CLIN.* Syre, verum hic dicit : mitte, ad rem redi.
SY. enĭmvero reticere nequeo : multimodis iniurius,
Clitipho, es neque ferri potis es. *CLIN.* audiundum hercle est, tace.
[*CLIT.* quid est ?]
SY. vis amare, vis potiri, vis quod des illi effici ;
tuom ĕsse in potiundo periclum non vis : haud stulte sapis ;
siquidem id saperest velle te id quod non potest contingere.
aut haec cum illis sunt habenda aut illa cum his mittenda sunt.
harum du͡arum condicionum nunc utram malis vide ;

310 illaec *p* 311 add. *testatur Nonius* 246 ; *Don. ad Ad.* 628 (?) 312 adducis *D*[1]*p* 313 patrem *A* : -mne *Iov.* Σ (*ne versus hiet*) heus tu Σ 314 nec *etiam Nonius* 309 : et Σ (*praeter D*[1] ?) : aut *Claud. Don. in Aen.* ii. 62 316 fuerit *A* (*corr. Iov.*), *F*[1] 317 illo *etiam Eugr.* ('quid deinde facturus es ? ') 319 hoc *G* mi. ista ad *Iov.* : mi. is. atque ad *D*[1]*Gp* 321 Cl. est γ, *schol. D, L* potes *A* : potis est Σ (*praeter p*) CLIN. *om. A* (*add. Iov.*) 321ª–2 SY. quid est vis *D*[2]*LE*[1]*Fv*[1]ε : CLIT. quid est SY. vis *CPE*[2]*v*[2] : vis *A* : SY. vis *Iov. D*[1]*p* 325 amitt. Σ

etsi consilium quod cepi rectum esse et tutum scio.
nam apŭd patrem tua amica tecum sine metu ut sit copiast.
tum quod ĭlli argentum es pollicitus, e͡adem hac inveniam via,
quod ut efficerem orando surdas iam auris reddideras mihi.
quid aliud tibi vis? *CLIT.* siquidem hoc fit. *SY.* siquidem? experiundo scies.
CLIT. age age, cedo ĭstuc tu͡om consilium: quid id est? *SY.* adsimulabimus
tuam amicam huius esse amicam. *CLIT.* pulchre: quid faciat sua?
an ea quoque dicetur huiu', si una haec dedecorist parum?
SY. immo ad tu͡am matrem abducetur. *CLIT.* quid eo? *SY.* longumst, Clitipho,
si tibi narrem quăm ŏb rem id faciam. *CLIN.* vera causast. *CLIT.* fabulae!
nil sati' firmi video quam ob rem accipere hunc mi expediat metum.
SY. mane, habeo aliud, si istuc metui', quod ămbo confiteamini
sine periclo esse. *CLIT.* huiu' modi obsecro aliquid reperi. *CLIN.* maxume.

SY. ibo obviam, hinc dicam ut revortantur domum. *CLIT.* hem
quid dixti? *SY.* ademptum tibi iam faxo omnem metum,
in aurem utramvis otiose ut dormias.
CLIT. quid ago nunc? *CLIN.* tune? quod boni . . *CLIT.* Syre! dic modo

327 etsi hoc co. Σ 329 hanc *A* (*corr. Iov.*) viam *A*ε[1] 331 vis tibi Σ (ε[1] *transp.*) CLIT.] CLIN. *CP*[1] 332 quidquid est *A* : quod est *Iov.* : quod id est *D* 333 am. (*alt.*) *om. Faernus* *A ut vid.* : p. cedo qu. hic faciet sua *Iov.* Σ (suam *C*[1]*P*[1]; cedo *om. D*[1]*G*) fa. *om. Kauer* 335 ma. tu. *L* deduc. Σ 336 CLIN. *om. Iov.* Σ 338 istud *D*[2] istest metus *Bentley* (*cum* ămbo) 339 istius *DGp* CLIN. *A* : *om.* Σ : *Syro dant etiam* ma. *edd.* 343 boni est Σ (*vix Eugr.*) Syre SY. dic modo *C*[1]*P*[1]

verum. *SY.* age modo: hodie sero ac nequiquam voles.
CLIN. datur, fruare dum licet; nam nescias . .
CLIT. Syre inquam! *SY.* perge porro, tamen istuc ago.
CLIN. ei(u)s sit potestas posthac an numquam tibi.
CLIT. verum hercle istuc est. Syre, Syre inquam, heus heus Syre!
SY. concaluit. quid vis? *CLIT.* redĭ, redi! *SY.* adsum: dic quid est?
iam hoc quoque negabi' tibi placere. *CLIT.* immo, Syre,
et mĕ ĕt meum amorem et famam permitto tibi.
tŭ ĕs iudex: nequid accusandu' sis vide.
SY. ridiculumst istuc me admonere, Clitipho,
quasi ĭstic minor mea res agatur quam tua.
hic siquid nobis forte advorsi evenerit,
tibi erunt parata verba, huic homini verbera:
quapropter haec res ne utiquam neglectust mihi.
sed ĭstunc exora ut suam ĕsse adsimulet. *CLIN.* scilicet
facturum me esse; in eum iam res rediit locum
ut sit necessu'. *CLIT.* merito tĕ amo, Clinia.
CLIN. verum illa nequid titubet. *SY.* perdoctast probe.
CLIT. at hoc demiror qui tam facile potueris
persuadere illi, quae solet quos spernere!
SY. in tempore ad eam veni, quod rerum omniumst
primum. nam quendam misere offendi ibi militem
ei(u)s noctem orantem: haec arte tractabat virum,
ut ĭllius animum cupidum inopia incenderet
e͡ademque ut esset apŭd te hoc quam gratissimum.

344 CLIT. verum C^1P^1 346–7 *hoc ordine habuit A; in erasis scripsit Iov.* 347, 346, *cum* Σ 347 umq. D^2L^2E 348 Syre *semel Gp* heus *semel A* (*non Sacerdos* 443) 352 sis *om. A* 353 AD^1Gp^1: rid. te is. *cett.* -eri *Iov.* 354 istuc $D^2E^1F^1v^1$ res mea *v* 355 fo. no. *D* ven. *A* (*recte?*) 357 -umst *A*: -ui est Σ (*praeter* p^1 -um est) 358 istum *Iov. Gp* 359 res iam *γL* 360 *A*: necesse *Iov.* Σ amo te *D* 361 SY.] CLIT. C^1PF^1 362 CLIT. *om.* C^1PF^1 365 miserum qu. Σ (p^1 -re qu.) -re *etiam schol. Bemb.* (*non Eugr.*) ibi *om. A* (*non Serv. auct. in Aen.* i. 657) 367 il.] eius *p* 368 hoc *om.* $C^1PD^1p^1F^1$: ob hoc $C^2D^2Lp^2EF^2v\epsilon$ gr. est *Iov.*: -ssima Σ (*praeter* p^1)

sed heus tu, vidĕ sis nequid inprudens ruas!
patrem novisti ad has res quam sit perspicax;
ego te autem novi quăm ĕsse soleas inpotens;
inversa verba, eversas cervices tuas,
gemitus screatus tussis risus abstine.
CLIT. laudabi'. *SY.* vidĕ sis. *CLIT.* tutemet mirabere
SY. sed quam cito sunt consecutae mulieres!
CLIT. ubi sunt? quor retines? *SY.* iam nunc haec non est tua.
CLIT. scio, apŭd patrem; at nunc interim. *SY.* nihilo magis.
CLIT. sine. *SY.* non sinam inquam. *CLIT.* quaeso paullisper. *SY.* veto.
CLIT. saltem salutĕm .. *SY.* abeas si sapias. *CLIT.* eo.
quid ĭstic? *SY.* manebit. *CLIT.* [o] hominem felicem! *SY.* ambula.

iv BACCHIS ANTIPHILA CLINIA SYRVS

BA. Edepol te, mea Antiphila, laudo et fortunatam iudico,
id quom studuisti isti formae ut mores consimiles forent;
minimeque, ita me dĭ ament, miror si te sibi quisque expetit.
nam mihi quale ingenium haberes fuit indicio oratio:
et quom egomet nunc mecum in animo vitam tŭam considero
omniumque adeo vostrarum volgu' quae ab se segregant,
et vos esse isti(u)s modi et nos non esse haud mirabilest.
nam expedit bonăs esse vobis; nos, quibu'cum est res, non sinunt:
quippe forma inpulsi nostra nos amatores colunt;

370 nosti *Iov. G* 371 au. te *Fv* 376 non est nunc haec *LE* est *om. G* tua *om.* p^1 378 non sino *p* 379 salutare *Iov.* Σ sapis Σ (*praeter* D^2p), *Serv. auct. in Aen.* xi. 354 380 infelicem *p* 382 isti *om.* δ*Ev*ε[1] mo. isti co. p^2 383 d. bene am. *DGp* 388 est *super* res *script. G*: res est *p*

haec ubi immutata est, illi suom animum alio conferunt:
nisi si prospectum interea aliquid est, desertae vivimus.
vobis cum uno semel ubi aetatem agere decretumst viro,
quoi(u)s mos maxumest consimili' vostrum, [h]î se ad vos adplicant.
hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini,
ut numquam ulla amori vostro incidere possit calamitas.
AN. nescio alias: mequidem semper sciŏ fecisse sedulo
ut ĕx illiu' commodo meŭm compararem commodum. *CL.* ah

ergo, mea Antiphila, tu nunc sola reducem me in patriam facis;
nam dum abs te absum omnes mihi labores fu͡ere quos cepi leves
praeter quam tuĭ carendum quod erat. *SY.* credo. *CL.* Syre, vix suffero:
hocin me miserum non licere meŏ modo ingenium frui!
SY. immo ut patrem tu͡om vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.
BA. quisnam hic adulescens est qui intuitur nos? *AN.* ah retine me, obsecro!
BA. amabo quid tibist? *AN.* disperii, perii misera! *BA.* quid stupes,

Antiphila? *AN.* videon Cliniam an non? *BA.* quem vides?
CL. salve, anime mi. *AN.* o mi Clinia, salve. *CL.* ut vales?

390 imm. *Iov.* Σ (*praeter* D^2E mut.): imminuta *A* 391 si *om.* Σ al. nobis est γD^2Lp 392 simul Σ 393 i *om. A* (*non Don. ad Eun.* 3) sese *A* 396 sc. sem. *DGp* 397 comparem CPD^1G vah Σ (*extra versum* ?) 398 me red. *DGp* 401 -nio Σ 402 'diu etiam durus hic existet' *Eugr.*; 'ut dicimus "bonas ei dedit"' *schol. Bemb.* 403 -etur $C^2DLpEF^2v\epsilon$ obs. o Bachis *Fv* 404 AN. dispe. BA. pe. *A* pe. *om.* Σ SY. qu. st. *G* 406 o mi expectate Cl. γD^2L CL. *om. A*

AN. salvom venisse gaudeo. *CL.* teneone te,
Antiphila, maxume animo exspectatam meo?
SY. ite intro; nam vos iamdudum exspectat senex.

ACTVS III

i CHREMES MENEDEMVS

CH. Luciscit hoc iam. cesso pultare ostium
vicini, primum e me ut sciat sibi filium
redisse? etsi adulescentem hoc nolle intellego.
verum quom videam miserum hunc tam excruciarier
ei(u)s abitu, celem tam insperatum gaudium,
quŏm ĭlli pericli nil ex indicio siet?
haud faciam; nam quod potero adiutabo senem.
item ŭt filium meūm amico atque aequali suo
video inservire et socium esse in negotiis,
nos quoque senes est aequom senibus obsequi.
ME. aut ego profecto ingenio egregio ad miserias
natus sum aut illud falsumst quod volgo audio
dici, diem adimere aegritudinem hominibus;
nam mihi quidem cotidie augescit magis
de filio aegritudo, et quanto diutius
abest mage cupio tanto et mage desidero.
CH. sed ipsum forăs egressum video: ibo adloquar.
Menedeme, salve: nuntium adporto tibi
quoi(u)s maxume te fieri participem cupis.
ME. num quid nam de gnato meo audisti, Chreme?

407 adven. Σ 408 expectata γ: exoptata *ADGL*v^2: exoptatam *p gl. II* 411 e *A*: ex *Iov.* Σ 413 cruc. $\gamma D^2 L$: excrucier D^1 414 ab. ut ce. *Iov.* $D^1 p$ 415 nihil per. *ADGp* 416 adiuvabo $\gamma D^2 L$ 417 ita $\gamma D^2 GL$ 418 soc. et in *G*: soc. in L^1 420 -gie *Iov.* Σ -riam $\gamma D^2 L$ 423 qu. *om.* γL, *exp.* *D* 424 et *om.* *CPF*$^1 v$ 425 et *om.* *G* 426 adibo atque all. *DGp*ϵ^2 (ϵ^1 ibi all.) 428 te ma. *Iov.*

CH. valet atque vivit. *ME.* ubinamst quaeso? *CH.* apŭd me domi.
ME. meu' gnatu'? *CH.* sic est. *ME.* venit? *CH.* certe. *ME.* Clinia
meu' venit? *CH.* dixi. *ME.* eamu': duc me ad eum, obsecro.
CH. non volt te scire se redisse etiam et tuom
conspectum fugitat: propter peccatum hoc timet,
ne tua duritia antiqua illa etiam adaucta sit.
ME. non tu illi dixti ut essem? *CH.* non. *ME.* quăm ŏb rem, Chreme?
CH. quia pessume istuc in tĕ ătque [in] illum consulis,
si te tam leni et victo esse animo ostenderis.
ME. non possum: sati' iam, sati' pater durus fui. *CH.* ah
vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis
aut largitate nimia aut parsimonia:
in eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides.
primum olim potiu' quam paterere filium
commetare ad mulierculam, quae paullulo
tŭm erat contenta quoique erant grata omnia,
proterruisti hinc. ea coacta ingratiis
postilla coepit victum volgo quaerere.
nunc quom sine magno intertrimento non potest
haberi, quidvis dare cupis. nam ut tu scias
quam ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet,
primum iam ancillas secum adduxit plus decem
oneratas veste atque auro: satrapes si siet
amator, numquam sufferre ei(u)s sumptus queat;
nedum tu possis. *ME.* estne ea intu'? *CH.* sit rogas?
sensi. nam unam ei cenam atque eiu' comitibus

430 hic ap. $\gamma D^2 L$ do. est $D^1 G p$ 431 ita est $D^1 G p$: hic est v^1 432 dixti D^2 434 pec. tum hoc Σ 435 il. ant. γ siet Σ 436 illi A : ei *Iov.* Σ dixisti $A \gamma D^2 L$ 438 ani. es. *Iov.* γL -res A 444 *schol. Bemb.*: commeare ω 448 detrim. L^2 453 -tum D^1 455 nam] namque *Iov.*, *Nonius* 278 (*non Don. in Ad.* 139)

dedi; quod si iterum mihi sit danda, actum siet.
nam ut alia omittam, pytissando modo mihi
quid vini absumsit "sic hoc" dicens; "asperum,
pater, hoc est: aliud lenius sodes vide":
relevi dolia omnia, omnis serias;
omnis sollicitos habuī—atque haec una nox.
quid te futurum censes quem adsidue exedent?
sic me dĭ amabunt ut me tŭārum miseritumst,
Menedeme, fortunarum. *ME.* faciat quidlubet:
sumat consumat perdat, decretumst pati,
dum illum modo habeam mecum. *CH.* si certumst tibi
sic facere, illud permagni referre arbitror
ut ne scientem sentiat te id sibi dare.
ME. quid faciam? *CH.* quidvis potiu' quam quod cogitas:
per alium quemvis ut des, falli te sinas
techinis per servolum; etsi subsensi id quoque,
illos ibi esse, id agere inter se clanculum.
Syru' cŭm ĭllo vostro consusurrant, conferunt
consilia ad adulescentes; et tibi perdere
talentum hoc pacto satius est quam illo minam.
non nunc pecunia agitur sed ĭllud quo modo
minimo periclo id demus adulescentulo.
nam si semel tuom animum ille intellexerit,
priu' proditurum te tuam vitam et prius
pecuniam omnem quam abs te amittas filium, hui
quantam fenestram ad nequitiem patefeceris,
tibi autem porro ut non sit suave vivere!
nam deteriores omnes sumu' licentia.

458 absumpsit (ad-) Σ 461 -tatos *E* -uit *Bentley* 462 q. de te *G* 463 sic] ita *Iov. DGpϵ* 464 faciet $EF^1v^1ϵ$ 466 mo. il. *vα* 467 *an* illuc? 468 sen. se tibi da. G^1: sen. da. p^1: sen. te sibi da. id *α* 471 techinis *gl. II*: technis *ω* Σ: servom *A* (*recte*?) (*corr. Iov.*) 473 -rrat *Iov.* P^2GLEF^2v conferant C^1G 474 ad *om. Iov.* Σ 476 nunc de pec. Σ 478 tu. se. *pα* il. *om.* L^1 481 huic qu. festram *Fleckeisen* 483 o. s. l. *etiam ps.-Acron in Hor. C.* i. 19, 1: s. l. o. *α*

quod quoique quomque inciderit in mentem volet
neque id putabit pravom an rectum sit: petet.
tu rem perire et ipsum non poteris pati:
dare denegaris; ibit ad ĭllud ilico
qui maxume apŭd te se valere sentiet:
abiturum se abs te esse ilico minitabitur.
ME. videre vera atque ita uti res est dicere.
CH. somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
dum id quaero tibi qui filium restituerem.
ME. cedo dextram: porro tĕ idem oro ut facias, Chreme.
CH. paratu' sum. *ME.* scin quid nunc facere te volo?
CH. dic. *ME.* quod sensisti illos me incipere fallere,
id uti maturent facere: cupio illi dare
quod volt, cupio ipsum iam videre. *CH.* operam dabo.
paullum negoti mi obstat: Simus et Crito
vicini nostri hic ambigunt de finibus;
me cepere arbitrum: ibo ac dicam, ut dixeram
operam daturum me, hodie non posse îs dare:
continuo hic adero. *ME.* ita quaeso.—di vostram fidem,
ita conparatam esse hominum naturam omnium
aliena ut meliu' videant et diiudicent
quam sua! an eo fit quia ĭn re nostra aut gaudio
sumu' praepediti nimio aut aegritudine?
hic mihi nunc quanto plus sapit quam egomet mihi!
CH. dissolvi me otiosus operam ut tibi darem.

484–5 *secl. Bentley*: *agnoscit schol. Bemb.* 484 quomque] cum *A* (*del. Iov.*), L^2E^2: *om. G* 485 siet *Iov.* $C^2Gp\alpha$ s. quod pe. $C^2P^2\delta EF^2v\alpha$ 486 et illum γL 487 -gabis $G\alpha$ illum Σ (*praeter* C^1p^2) 488 quo $A\alpha$ (?) 489 se *om. G* minab. APE^1 490 verum *Iov.* Σ (*non schol. Bemb.*) 493 oro idem Σ 494 te fa. *A* 495 me velle facere $G\alpha^1$: me fallere p^1 496 ut ω (*praeter* $G\alpha$) 497 iam cu. illum vid. α 498–508 *secl. retractator quo brevior scaena fieret* (*cf. ad* 509) 498 pau. hoc neg. $\gamma L\alpha$ (-lulum) 499 hinc *A* (*corr. Iov.*) 504 iudicent Σ (*praeter* $Gp\alpha$) 505 eo ho fit *G*: eo hoc fit *p*

Syrus est prendendus atque adhortandus mihi.
a me nescioquis exit: concede hinc domum
ne nos inter nos congruere sentiant.

ii SYRVS CHREMES

SY. Hac illac circumcursa; inveniundumst tamen
argentum: intendenda in senemst fallacia.
CH. num me fefellit hosce id struere? vidĕlicet
ill' Cliniai servo' tardiusculust;
idcirco huic nostro traditast provincia.
SY. quis hĭc loquitur? perii. numnam haec audivit?
CH. Syre. *SY.* hem.
CH. quid tŭ ĭstic? *SY.* recte equidem; sed te miror, Chreme,
tam mane, quĭ heri tantum biberis. *CH.* nil nimis.
SY. "nil" narras? visa verost, quod dici solet,
aquilae senectus. *CH.* heia. *SY.* mulier commoda et
faceta haec meretrix. *CH.* sane. *SY.* idem visast tibi?
et quidem hĕrcle forma luculenta. *CH.* sic satis.
SY. ita non ut olim, sed uti nunc, sane bona;
minimeque miror Clinia hanc si deperit.
sed habet patrem quendam avidum, miserum atque aridum
vicinum hunc: nostin? at quasi is non ditiis
abundet, gnatus ei(u)s profugit inopia.
scis esse factum ut dico? *CH.* quid ego ni sciam?
hominem pistrino dignum! *SY.* quem? *CH.* istunc servolum

509–11 *post* 497 ω: *restituit Bentley* (*cf. ad* 498) 509 prehendus *A*: adpreh. Σ (*non schol. Bemb.*) 511 -ere (*i. e.* -ēre) *etiam Arusian.* 463; *schol. Bemb.* 512 est *om.* $L^1\epsilon$ 513 sen. fa. est *pα* 514 inst. (*om.* id) *A*: id inst. *Gpα* 515 -niae ω *Sacerdos* 445 518 quidem $LpEv\epsilon^1$ sed AP^2p: *om. cett.* mi. *A*: demi. Σ 520 visa est vero *DGp* 521 co. mihi et *D* 522 haec est me. Σ (*i. e.* haecst?) SY. *om.* Σ tibi AD^1p: mihi *cett.* 523 SY. et Σ 524 bo. est *Gv* 526 qu. hominem av. *DGp* misere *Bothe* 527 at quasi si /// is D^2: atquit si is *A*: atqui si is *Iov. GLF*: at is p^1 (*man.* 2 *add.* si): aut qui si is E^1 (ϵ *n.l.*): adquid si is λC^1 (*man.* 2 qui), P^1 (*man.* 2 ac qui), *v* 529 e. nesciam (ne sciam) ω: *corr. Paumier* (*cf. ad* 663) 529–30 quid? ego nesciam h. p. d.? *mavult Kauer* 530 istum *Iov.* Σ SY. quĕm ĭstunc? CH. ser. *Phillimore*

dico adulescenti' . . *SY.* Syre, tibi timui male!
CH. qui passus est id fieri. *SY.* quid faceret? *CH.* rogas?
aliquid reperiret, fingeret fallacias
unde esset adulescenti amicae quod daret,
atque hunc difficilem invitum servaret senem.
SY. garris. *CH.* haec facta ab illo oportebant, Syre.
SY. eho quaeso laudas quĭ eros fallunt? *CH.* in loco
ego vero laudo. *SY.* recte sane. *CH.* quippe qui
magnarum saepe id remedium aegritudinumst:
iăm huic mansisset unicus gnatus domi.
SY. iocone an serio ille haec dicat nescio;
nisi mihi quidem addit animum quo lubeat magis.
CH. et nunc quid exspectat, Syre? an dum hic denuo
abeat, quom tolerare illi(u)s sumptus non queat?
nonne ad senem aliquam fabricam fingit? *SY.* stolidus est.
CH. at tĕ ădiutare oportet adulescentuli
causa. *SY.* facile equidem facere possum si iubes;
etenim quo pacto id fieri soleat calleo.
CH. tanto hercle melior. *SY.* non est mentiri meum.
CH. fac ergo. *SY.* at heus tu facito dum eadem haec memineris
siquid hŭiu' simile forte aliquando evenerit,
ut sunt humana, tuos ut faciat filius.
CH. non usu' veniet, spero. *SY.* spero hercle ego quoque,
neque eo nunc dico quo quicquam illum senserim;
sed siquid, nequid. quae sit ei(u)s aetas vides;
et ne ego te, si usu' veniat, magnifice, Chreme,
tractare possim. *CH.* dĕ ĭstoc, quom usu' venerit,
videbimus quid opu' sit: nunc istuc age.—

532 rogitas *E* 534 am. ad. *A* 536 *cf. ad Andr.* 148 -ant Σ (*praeter* D^2v^2) : -at *A* 537 SY. *om. A* (*add. Iov.*) 538 quia P^1pv 540 iam primum huic *Gp* 541 iocon *A*λ*G* *v*: illaec *cett.* 543 CH. *om.* L^1F^1 hinc Σ 545 -get *E* 546 -nti *A*λ : -ntis *Iov.* *p* 554 quod Σ 556 even. *A*: venerit *v* 557 even. *D*: veniat *v* 558 quod D^2LEF^2 siet D^1Gp op. sit facto *Iov.*

SY. numquam commodius umquam erum audivi loqui,
nec quom male facere[m] crederem mi inpunius
licere. quisnam a nobis egreditur foras?

iii CHREMES CLITIPHO SYRVS

CH. Quid ĭstuc quaeso? quĭ ĭstic mos est, Clitipho? itane fieri oportet?
CL. quid ego feci? *CH.* vidin ego te modo manum in sinum huic meretrici
inserere? *SY.* acta haec res est: perii. *CL.* mene? *CH.* hisce oculis, ne nega.
facis adeo indigne iniuriam illi qui non abstineas manum.
nam istaec quidĕm contumeliast,
hominem amicum recipere ad te atque ei(u)s amicam subigitare.
vel here in vino quam inmodestu' fŭisti . . *SY.* factum. *CH.* quam molestus!
ut equidem, ita me dĭ ament, metui quid futurum denique esset!
novi ego amantium animum: advortunt graviter quae non censeas.
CL. at mihi fides apud hunc est nil me istiu' facturum, pater.
CH. estō; at certe concedas aliquo ab ore eŏrum aliquantisper.
multa fert lubido: ea facere prohibet tua praesentia.
ego de me facio coniecturam: nemost meŏrum amicorum hodie

559 co. mihi um. *Iov.* 560 facere *ex* -rem *P* credere C^2p 562 qui] quid *A* (*corr. Iov.*), LE^1F^2v: quis $CPE^2F^1\lambda$ 563 qu. ergo fe. *G* modo *om.* *P* 564 ingerere *A* (*corr. Iov.*) men . . his *A* (*corr. Iov.*) 565 ista Σ (*praeter Gp*) 568 heri *Iov.* Σ 569 esse *A* (*corr. Iov.*) 570 ego] enim *v* am. animos *Iov.*: animum am. *v*: amantis, animum *Paumier* 572 ac D^1G co. hinc δ (*recte?*): ut co. $CP^1\lambda$: ut hinc co. *Bentley* 573 *DLp*: lib. *cett.* pr. fa. γ*L* 574 de me ego *Bentley* (*cui synaphea displicet*)

apud quem expromere omniā mea ŏcculta, Clitipho, audeam.
apud alium prohibet dignitas; apud alium ipsi(u)s facti pudet,
nĕ ineptu', ne protervo' videar: quod ĭllum facere credito.
sed nostrum est intellegere utquomque atque ubiquomque opu' sit obsequi.
SY. quid ĭstic narrat! *CL.* perii. *SY.* Clitipho, haec ego praecipio tibi?
homini' frugi et temperanti' functu's officium? *CL.* tacĕ sodes.
SY. recte sane. *CL.* Syre, pudet me. *SY.* credo: neque id iniuria; quin
mihi molestumst. *CL.* perdis hercle. *SY.* verum dico quod videtur.
CL. nonne accedam ad ĭllos? *CH.* eho quaesō, una accedundi viast?
SY. actumst: hic priu' se indicarit quăm ego argentum effecero.
Chreme, vin tu homini stulto mi auscultare? *CH.* quid faciam? *SY.* iube hunc
abire hinc aliquo. *CL.* quŏ ego hinc abeam? *SY.* quo lubet: dă ĭllis locum:
abĭ de͡ambulatum. *CL.* de͡ambulatum? quo? *SY.* vah quasi desit locus.
abĭ sane istac, istorsum, quovis. *CH.* recte dicit, censeo.
CL. di te eradicent, Syre, qui me hinc †extrudis†!

576 *an* fa. ip.? pu.] piget γD^2L 577 videare *A* (*corr. Iov.*) 578 si n. e. *G*: sed e. n. *L* aeque *A* (*corr. Iov.*) 579 iste *A* 581 CL.] CH. Σ credis *Iov.* 582 *A*: pergin Σ (*recte*?) quid *A* (*corr. Iov.*) 583 nonne *Iov.* Σ: non *A* *A*: -endi Σ 584 ac. si hic *A* (*corr. Iov.*): ac. est id λ effero γGL: offero p^2: eff. *ex* off. D^1 585 -tari *A* 586 abi h. a. *A* (*corr. Iov.*): abeat h. a. G^2 hic habeam GF^1 589 istinc γD^2L -das $C^1P^1\lambda$ Syre *om. v* extruditis *Craig*

SY. at tu pol tibi ĭstas posthac comprimito manus !—

censen vero ? quid ĭllum porro credas facturum, Chreme,
nisi eum, quantum tibi opi' di dant, servas castigas mones ?
CH. ego ĭstuc curabo. *SY.* atqui nunc, ere, tibi ĭstic adservandus est.
CH. fiet. *SY.* si sapias ; nam mihi iam minu' minusque obtemperat.
CH. quid tu ? ecquid de illo quod dudum tecum egi egisti, Syre, aut
repperisti tibi quod placeat an non[dum etiam] ? *SY.* de fallacia
dicis ? est : inveni nuper quandam. *CH.* frugi es. cedo quid est ?
SY. dicam, verum ut aliud ex alio incidit. *CH.* quidnam, Syre ?
SY. pessuma haec est meretrix. *CH.* ita videtur. *SY.* immo si scias.
vah vidĕ quod ĭnceptet facinu'. fŭĭt quaedam anu' Corinthia
hic : huic drachumarum haec argenti mille dederat mutuom.
CH. quid tum ? *SY.* ea mortuast : reliquit filiam adulescentulam.
ea relicta huic arraboni est prŏ ĭllo argento. *CH.* intellego.
SY. hanc secum huc adduxit, ea quae est nunc apud uxorem tuam.
CH. quid tum ? *SY.* Cliniam orat sibi uti [ĭd] nunc det : illam illi tamen

590 pol *om.* Σ post D^1 591 *A* : credis Σ (*recte* ?) 592 dent γD^2GL 593 *nova scaena* (CREMES, SYRVS) *F* atque $P^1F^1\lambda^2$ istic *om.* Σ 594 sapis *Gv* 595 egi *del. Iov.* (*recte* ?) egistin Σ 596 quid *D* placet D^2 597 qu. nu. Σ quendam p^1v qu. id est Σ (*praeter* D^1p^1) 600 vah] hoc $CPD^2G^2LEFv\epsilon\lambda$ video *A* -ptat δ 601 hic huic] huic *A* (*i.e.* hūīc ?) : cui *Arusian.* 494 arg. haec γD^2L (*non Arusian.*) 602 q. t. hic p^2 ea *om.* *A* (*add. Iov.*) 603 arrabo *A* (*corr. Iov.*) 604 ad γL 605 -nia $C^2P^2\delta EF$ id *om.* $AD^1G^1L^2pE^2\epsilon^2\alpha$ det *om.* G^1 : decet $D^1\epsilon^2$

post daturum: mille nummum poscit. *CH.* et poscit quidem? *SY.* hui,
dubium id est? ego sic putavi. *CH.* quid nunc facere cogitas?
SY. egon? ad Menedemum ibo: dicam hanc esse captam ex Caria
ditem et nobilem; si redimat magnum inesse in ea lucrum.
CH. erras. *SY.* quid ita? *CH.* pro Menedemo nunc tibi ego respondeo
"non emo": quid ages? *SY.* optata loquere. *CH.* qui? *SY.* non est opus.
CH. non opus est? *SY.* non hercle vero. *CH.* quĭ ĭstuc, miror. *SY.* iam scies.
CH. manĕ, manĕ, quid ĕst quod tam a nobis graviter crepuerunt fores?

ACTVS IV

SOSTRATA CHREMES NVTRIX SYRVS i

SO. Nisi me animu' fallit, hic profectost anulus quem ego suspicor,
is quicum expositast gnata. *CH.* quid volt sibi, Syre, haec oratio?
SO. quid ĕst? isne tibi videtur? *NV.* dixi equidem, ubi mi ostendisti, ilico
eum esse. *SO.* at ut sati' contemplata modo sis, mea nutrix. *NV.* satis.

606 $P^2D^2GLp^2\alpha EF^2v\epsilon$: -uram *cett.* n. poscet p^2v^1 et poscet ω (*ex* -it), $PD^1LEv^1\epsilon$: exposcit F^2 607 SY. du. *Phillimore* : dubiumne Σ CH. ego Σ 609 et *om.* *v* in ea esse γL : esse in ea $DGp\alpha$ 610 ego n. ti. γ (*praeter* *P* e. t. n.?) : n. ego ti. $DGp\alpha$ 611 ages $D^1G^1p\alpha$: -is *cett.* (ais P^2F^2) qui] atqui $P^2\delta EFv\epsilon$: atquin $CP^1\lambda$ SY. *del. Iov.* : *om.* Σ 612 SY. non . . CH. non . . SY. qui . . CH. iam sc. Σ 613 CH. *om.* ω (SY. *E*) a *om.* *A* (*add. Iov.*) 616 *an* is (*cum* ēst)? vid. esse $D^1Gp\alpha$ il. ost. *v* 617 sa. ut *Bentley* mo. co. γL : co. (*om.* mo.) D^1 sis mo. $D^2Gp\alpha$

SO. abĭ nunciam intro atque illa si iam laverit mihi nuntia.
hic ego virum interea opperibor. *SY.* te volt: videas quid velit.
nescioquid tristis est: non temerest: timeo quid sit. *CH.* quid siet?
nĕ ĭsta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.
SO. ehĕm mi vir. *CH.* ehĕm mea uxor. *SO.* te ipsum quaero. *CH.* loquere quid velis.
SO. primum hoc te oro, nequid credas me advorsum edictum tuom
facere esse ausam. *CH.* vin me istuc tibi, ĕtsi incredibilest, credere?
credo. *SY.* nescioquid peccati portat haec purgatio.
SO. meministin me ess(e) gravidam et mihi te maxumo opere edicere,
si puellam parerem, nolle tolli? *CH.* sciŏ quid feceris:
sustulisti. *SY.* sic est factum: dom(i)na ego, eru' damno auctus est.
SO. minime; sed erat hic Corinthia anus haud inpura: ei dedi
exponendam. *CH.* o Iuppiter, tantam esse in animo inscitiam!
SO. perii: quid ego feci? *CH.* rogitas? *SO.* si peccavi, mi Chreme,
insciens feci. *CH.* id equidem ego, si tu neges, certo scio,
te inscientem atque inprudentem dicere ac facere omnia:

619 int. vir. *Priscian.* i. 400 620 ei timeo *Iov.*: metuo $\gamma D^2 L$ quid (*tert.*)] quod $P^1 L \epsilon^1$ 621 iam magno *DGpa* 623 hoc *om. P* adversus *DGpa* 624 vis Σ etsi] et *A* (*corr. Iov.*): *an* si (*cf. ad* 632)? 626 *Iov.* D^2: op. dicere $AD^1 p$: op. interminatum $\gamma D^3 G^2 L \alpha$: op. int. dicere G^1 628 SO. sic . . SY. domina $AL^2 p^1$ sic] si αE ergo *A* (*corr. Iov.*), Σ (*praeter* $C^1 \alpha$) actus $D^2 GLE^1 \epsilon^1$ 629 anus Cor. γL (*non Nonius* 299) ego dedi *L* 630 tantamne esse Σ scitiam *A*: inscientiam $D^1 LE^1 \epsilon$ 631 at rog. Σ siquid pe. *A* 632 quidem Σ (*praeter* ϵ) si *A*: etsi Σ certe $GE^2 v \epsilon$

tot peccata in hac re ostendi'. nam iam primum, si meum
imperium exsequi voluisses, interemptam oportuit,
non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitae dare.
at id omitto: misericordia, animu' maternus: sino.
quam bene vero abs te prospectumst quod voluisti cogita:
nempe anui illi prodita abs te filiast planissume,
per te vel uti quaestum faceret vel uti veniret palam.
credo, id cogitasti: "quidvis satis est dum vivat modo."
quid cŭm ĭllis agas qui neque ius neque bonum atque aequom sciunt,
meliu' peiu', prosit obsit, nil vident nisi quod lubet?
SO. mi Chreme, peccavi, fateor: vincor. nunc hoc te obsecro,
quanto tuos est animu' natu gravior, ignoscentior,
ut meaĕ stultitiae in iustitia tuă sit aliquid praesidi.
CH. scilicet equidem istuc factum ignoscam; verum, Sostrata,
male docet te mea facilitas multa. sed ĭstuc quidquid est
quă hŏc occeptumst causa loquere. *SO.* ut stultae et misere omnes sumus
religiosae, quom exponendam dŏ ĭlli, de digito anulum
detraho et eum dico ut una cum puella exponeret:
si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.
CH. istuc recte: conservasti tĕ ătque illam. *SO.* is hic est anulus.
CH. unde habes? *SO.* quam Bacchi' secum adduxit adulescentulam, *SY.* hem.
CH. quid ĭlla narrat? *SO.* ea lavatum dum it, servandum mihi dedit.

638 quid ω: *corr. Bothe* 639 anutilli *A* (*corr. Iov.*) 641 -tari D^2E^1 satius *G* 643 ob. *om.* AE^1 lubent *A* 644 hoc *om.* D^1F^1 te hoc *Gp* 645 gr. ign. *etiam Serv. auct. in Aen.* ix. 289: gr. tanto sit ign. P^1p^2: *vix* gr. fi ign. 646 et ut p^2: *vix* et in *om.* Σ (*praeter* D^1) 648 quid est $CPF^1\lambda$ 649 *vel* stulte *vel* miserae 653 hic is γL 654 -la $D^1LE^2F^2$: ab -la p^2 655 CH. *om.* D^2GLp illa] ea Σ

animum non advorti primum ; sed postquam aspexi ilico
cognovi, ad te exsilui. *CH.* quid nunc suspicare aut invenis
dĕ ĭlla? *SO.* nesciŏ nisi ĕx ipsa quaeras unde hunc habuerit,
si potis est reperiri. *SY.* interii : plus spe͡i video quam volo :
nostrast, sĭ itast. *CH.* vivitne illa quoi tu dederas? *SO.* nescio.
CH. quid renuntiavit olim? *SO.* fecisse id quod iusseram.
CH. nomen mulieri' cedo quid sit, ut quaeratur. *SO.* Philterae.
SY. ipsast. mirum ni illa salvast et ego perii. *CH.* Sostrata,
sequere me intro hac. *SO.* ut praeter spem evenit! quam timui male
ne nunc animo ita esses duro ut olim in tollendo, Chreme!
CH. non licet hominem esse saepe ita ut volt, si res non sinit.
nunc ita tempus est mi ut cupiam filiam : olim nil minus.

ii SYRVS

SY. Nisi me animu' fallit multum, haud multum a me aberit infortunium :
ita hac re in angustum oppido nunc me͡ae coguntur copiae ;
nisi aliquid video ne esse amicam hanc gnati resciscat senex.

656 animum AC^1Pp : anulum $C^2DGLEFv\epsilon$ primo Σ (*praeter v*) 657 -livi Ppv^2 658 nisi ut ex Σ (*praeter* E^1) qu. anulum un. *A* (*corr. Iov.*) 659 interim *A* (*corr. Iov.*) 661 *Iov.* D^1p (fe. se id) : fe. SO. id *cett.* 662 mulieri *G* quod *Iov.* $GpEF^2v\epsilon$ 663 ni] ne $CP^1DLE^1F^1v^1\epsilon\lambda$ 664 hac *om. A* venit ε 665 in -nda *Iov.* Σ (*praeter* D^1 intellegenda, *p*) 666 saepe ut D^1 *an* uti? si ita res *A* (*corr. Iov.*) : *an* si id? sint *G* : sit *L* 667 t. fert *Bentley* nil] mihi D^2E^1 668 mu. (*prius*) *om. Iov.* Σ ab. a me *DGp* 669 hac re] hercle $C^2D^2GLEF\epsilon$: hac re hercle *v* -sto *A* me. n. *DGp* 670 hanc *om.* LE^1

nam quod de argento sperem aut posse postulem me fallere
nil est; triumpho si licet me latere tecto abscedere.
crucior bolum tantum mi ereptum tam desubito e faucibus.
quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineundast mihi.
nil tam difficilest quin quaerendo investigari possiet.
quid si hoc nunc sic incipiam? nilst. quid si sic? tantundem egero.
at sic opinor: non potest. immo optume. euge habeo optumam.
retraham hercle opinor ad me
idem ego ǐlluc hodie fugitivom argentum tamen.

CLINIA SYRVS iii

CL. Nulla mihi res posthac potest iam intervenire tanta
quae mi aegritudinem adferat: tanta haec laetitia obortast.
dedo patri me nunciam ut frugalior sim quam volt.
SY. nil me fefellit: cognitast, quantum audio huiu' verba.
istuc tibi ex sententia tua obtigisse laetor.
CL. o mi Syre, audisti obsecro? *SY.* quidni? qui usque una adfuerim.
CL. quoǐ aeque audisti commode quicquam evenisse? *SY.* nulli.

671 facere *A* (*corr. Iov.*) 672 scilicet $ALE\epsilon^1$ me *om.* *DG* latenter *schol. P*, $F^2\epsilon^2$ e te. P^2L^1: et te. *G* te. et absc. $p^2E^1F^2v^2$ 673 mihi tantum *Arusian.* 468 (*recte?*) mihi esse er. γD^2L des. *testatur Arusian.*: desubio *A*: subito Σ 675 tamen $P^1L^1F^1$ -are C^1G^1 676 quod si $D^1G^1v^1$ nunc *om.* $D^2LE\epsilon$ nihil est ω si (*alt.*) *del. edd.* (*quibus* nilst *displicet*) 677 at] ac *A*: aut *v*: at si P^2 opt. est $C^2P^2\delta EFv\epsilon$ euge *om.* $C^1P^1\lambda$ opt. ha. *LEF*: opt. (*om.* ha.) ε 678 op. idem ad me ego illud ho. fu. *A*: illuc op. ad me fu. D^1Gp (illud): idem illud op. ad me fu. D^2: op. ad me idem illud fu. $CPLEFv\epsilon$ (idem *del.*), λ ego *et* hodie *om.* Σ argumentum $C^2P^1D^2L^1E^1F^1v^2\epsilon\lambda^2$: *del.* *Phillimore* tamen *om.* D^1 Sc. iii *nulla nova scaena* $LE\epsilon$ 680 abor. $D^2EF^2\epsilon$ 682 qu. ut au. $CP^1\lambda$ 683 tua *om.* *A* (*add.* *Iov.*) 684 -stin *Iov.* Σ qui *om.* *v* 685 quoi] quoiquam *Bentley* -odi Σ (*praeter* D^1p^1v) cuiquam *A* (*corr. Iov.*)

CL. atque ita me dĭ ament ut ego nunc non tam meapte causa
laetor quam illiu'; quam ego scio esse honore quovis dignam.
SY. ita credo. sed nunc, Cliniā, age, da te mihi vicissim;
năm amici quoque res est videnda in tutum ut conlocetur,
nequid dĕ amica nunc senex. *CL.* o Iuppiter! *SY.* quiesce.
CL. Antiphila mea nubet mihi. *SY.* sicin mi interloquere?
CL. quid faciam? Syre mi, gaudeo: fer me. *SY.* fero hercle vero.
CL. deorum vitam apti sumus. *SY.* frustra operam opino[r] hanc sumo.
CL. loquere: audio. *SY.* at iam hoc non ages. *CL.* agam. *SY.* videndumst, inquam,
amici quoque res, Clinia, tu͡i in tuto ut conlocetur.
nam si nunc a nobis abis et Bacchidem hic relinquis,
senex resciscet ilico esse amicam hanc Clitiphonis;
si abduxeris, celabitūr, itidem ut celata adhuc est.
CL. at enim istoc nil est mage, Syrē, mi͡is nuptiis advorsum.
nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam? *SY.* quidni?
CL. quid dicam? quam causam adferam? *SY.* qui nolo mentiare:
aperte ita ut res sese habet narrato. *CL.* quid ais? *SY.* iubeo:
illam te amare et velle uxorem, hanc esse Clitiphonis.

686 mea *A* (*corr. Iov.*) 689 *A*: in tuto *Iov.* Σ 690 neque de *A* (*corr. Iov.*) 691 int. mihi *A* (*corr. Iov.*): me int. γ (*praeter v*), *L* 692 mi Sy. $PLEF\epsilon\lambda$: misere C^1 693 adepti *Iov.* Σ AD^1Gp: hanc *om. cett.* 694 n. agis *A* 695 tui Cl. *DGp* 696 abis *om. A* (*add. Iov. ante* nobis) et *om.* C^1 hinc $C^1P^1F^1\epsilon^1\lambda$ 697 se. *A*: noster Σ hanc *om. G* 699 miis *testatur Vel. Long.* 77 700 appello *G* 701 qui *Don. in Eun.* 212 ('qui pronomen'): quid $C^1PD^2F^2\lambda$: quin *cett.* -ris *A* 702 agis *v*

CL. bonam atque iustam rem oppido imperas et factu facilem.
et scilicet iam me hoc voles patrem exorare ut celet
seněm vostrum? *SY.* immo ut recta via rem narret ordine omnem. *CL.* hem
sati' sanus es et sobrius? tuquidem illum plane perdis.
nam quĭ ĭlle poterit esse in tuto, dic mihi?

SY. huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice ecfero,
qui vim tantam in me et potestatem habeam tantae astutiae
vera dicendo ut eos ambos fallam: ut quom narret senex
voster nostro istam esse amicam gnati, non credat tamen.
CL. at enĭm spěm ĭstoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis;
nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.
tu fors quid me fiat parvi pendi', dum illi consulas.
SY. quid, malum, me aetatem censes velle id adsimularier?
unus est dies dum argentum eripio: pax: nil amplius.
CL. tantum sat habes? quid tum quaeso si hoc pater resciverit?
SY. quid si redeo ad illos qui aiunt "quid si nunc caelum ruat?"
CL. metuo quid agam. *SY.* metui'? quasi non ea potestas sit tua
quo velis in tempore ut te exsolvas, rem facias palam.

705 orare *A* 706 renarret LE^2F^2 ordinem $LEF^1\epsilon$ omn. *om. A* (*cf. ad Eun.* 970) 707 *A*: satin *Iov.* Σ et *A*: aut Σ (an $LEF^2\epsilon$) *A*: prodis Σ 708 po. il. *p* 709 fero *A* (*corr. Iov.*): reffero *p*: offero *Fv* 710 habeo *v* 712 Σ: es. is. *A* 713 facto $L\lambda^1$ rursus Σ om. mihi er. Σ 714 meam hanc *p* esse *om. E* credat *A*: credit ε 715 fors *Guyet*: fortasse ω *an* tu fortass' qu. me fuat? fiet $P^1LFv\epsilon$ pe. AD^1F^2Gp: curas *cett.* (-es *v*): *an delend.*? 716 me tandem c. $C^2P^2LEFv\epsilon$: me etatem t. c. D^2: me c. *G* 717 arripio *G* 718 pa.] senex *Gp* 721 quod *A*

CL. age age, transducatur Bacchis. *SY.* optume ipsa exit foras.

iv Bacchis Clinia Syrvs Dromo Phrygia

BA. Sati' pol proterve me Syri promissa huc induxerunt,
decem minas quas mihi darĕ pollicitust. quodsi nunc me
deceperit saepe obsecrans me ut veniam, frustra veniet;
aut quom venturam dixero et constituero, quom is certe
renuntiarit, Clitipho quom in spe pendebit animi,
decipiam ac non veniam, Syrus mihi tergo poenas pendet.
CL. sati' scite promittit tibi. *SY.* atqui tu hanc iocari credis?
faciet nisi caveo. *BA.* dormiunt: ego pol ĭstos commovebo.
mea Phrygia, audisti modo ĭste homo quam villam demonstravit
Charini? *PH.* audivi. *BA.* proxumam esse huic fundo ad dextram? *PH.* memini.
BA. curriculo percurre: apud eum miles Dionysia agitat:
SY. quid ĭnceptat? *BA.* dic me hic oppido esse invitam atque adservari,
verum aliquo pacto verba me his daturam esse et venturam.
SY. perii hercle. Bacchi', manĕ, mane: quo mittis istanc quaeso?
iubĕ maneat. *BA.* i. *SY.* quin est paratum argentum. *BA.* quin ego maneo.
SY. atqui iam dabitur. *BA.* ut lubet. nŭm ego insto? *SY.* at scin quid sodes?

722 *p*: trad. *cett.* 723 addux. $P^2DGLE\epsilon$ 724 da. mi. *Fleckeisen* quod ni *A*: quod si is *Iov.* Σ 725 fr. ut ve. *A* 727 -tiabit *A* in *om.* Σ 731 -stin Σ ho. is. γL 732 esse *om.* D^1 734 qu. haec inc. Σ ser. $AG\epsilon^2$ 736 mane *semel A* -anc γ (*praeter* ϵ), *L*: -am *cett.* 737 i] ii AD^1p^1: abi $\gamma D^2 GLp^2$ ego hic ma. Σ 738 num Σ (non p^2) · cum *ex* dum *A*: dum *Iov.* (*cf. ad* 794) at *om. A* (*add. Iov.*) *glossa* (*sic in v*) 'facias' *irrepsit post* so. *in* $\delta E\epsilon$

BA. quid? *SY.* transeundumst nunc tibī ad Menedemum et tua pompa
e͡o transducendast. *BA.* quam rem agis, scelus? *SY.* egon? argentum cudo
quod tibi dem. *BA.* dignam me putas quam inludas? *SY.* non est temere.
BA. etiamne tecum hic res mihist? *SY.* minime: tuom tibi reddo.
BA. eatur. *SY.* sequere hac. heus, Dromo. *DR.* quis me volt? *SY.* Syru'. *DR.* quid est re͡i?
SY. ancillas omnis Bacchidis tra⟨ns⟩duce huc ad vos propere.
DR. quăm ŏb rem? *SY.* ne quaeras: ecferant quae secum huc attulerunt.
sperabit sumptum sibi senex levatum esse harunc abitu:
nĕ ĭlle haud scit hoc paullum lucri quantum ei damnum adportet.
tu nescis id quod scis, Dromo, si sapies. *DR.* mutum dices.

Chremes Syrvs v

CH. Ita me dĭ amabunt ut nunc Menedemi vicem
miseret me tantum devenisse ad eum mali.
illancin mulierem alere cum illa familia!
etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet,
ita magno desiderio fuit e͡i filius;
verum ubi videbit tantos sibi sumptus domi
cotidianos fieri nec fieri modum,
optabit rursum ut abeat ab se filius.
Syrum optume eccum. *SY.* cesso hunc adoriri? *CH.* Syre. *SY.* hem.

739 est *post* Men. Σ (*praeter* E^2) (*ne versus hiet*) huc nunc D^1G: hinc nunc p^2: nunc *om.* γ*L* 740 transd. *DGp* : trad. *cett.* ego *A* 741 n. tem. est D^1: n. hoc tem. est D^2Gp 743 se. me hac *DGp* 745 et fer. Σ hac *A* 746 harum *Iov.* $P^2L^2p^2v$ 747 damni Σ (*praeter E*) 748 id *om. A* (*cf. Don. in Eun.* 722): *post* scis E^1 sapis D^1GL^1p (*cf. Don.*) 749 vi. *om. A* (*add. Iov.*) 753 *om.* $LE^1\epsilon$ 754 sumptos AP^1 do. *om. A* 756 rursus D^1p

CH. quid ĕst? *SY.* te mihi ipsum iamdudum optabam dari.
CH. videre egisse iam nescioquid cum sene.
SY. dĕ ĭllo quod dudum? dictum [ac] factum reddidi.
CH. bonan fide? *SY.* bona hercle. *CH.* non possum pati
quin tibi caput demulceam; accede huc, Syre:
faciam boni tibi aliquid prŏ ĭsta re ac lubens.
SY. at si scias quam scite in mentem venerit.
CH. vah gloriare evenisse ex sententia?
SY. non hercle vero: verum dico. *CH.* dic quid est?
SY. tŭi Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, et ea gratia
secum adduxisse ne tu id persentisceres.
CH. probe. *SY.* dic sodes. *CH.* nimium, inquam. *SY.* immo si scias.
sed porro ausculta quod superest fallaciae:
sese ipse dicit tŭam vidisse filiam;
ei(u)s sibi conplacitam formam, postquam aspexerit;
hanc cupere uxorem. *CH.* modone quae inventast? *SY.* eam:
et quidĕm iubebit posci. *CH.* quăm ŏb rem istuc, Syre?
nam prorsum nil intellego. *SY.* vah tardus es.
CH. fortasse. *SY.* argentum dabitur ei ad nuptias,
aurum atque vestem qui . . tenesne? *CH.* comparet?
SY. id ipsum. *CH.* at ego ĭlli neque do neque despondeo.
SY. non? quăm ŏb rem? *CH.* quăm ŏb rem? me rogas? homini . .? *SY.* ut lubet.

757–8 hem quis homo est te mihi *p*[1] 758 **SY.** etiam (?) te ip. *A vel* mi (*cum* ēst) exopt. Σ 759 ne. qu. iam D^2p 760 SY. *om.* D^1Gp^1 SY. dict. D^1G *vel* du. di., fa. 763 *plane erasus est in A, sed quinque litteris minor fuisse videtur* ti. bo. *LpEvè* 764 sc. mihi in *γDL* 770 dic] quid P^2F^1 si sc. *A*: sic satis Σ 772 dicet Σ 774 hanc se cup. Σ (*praeter G*) 776 prorsus Σ vah] hui γD^2L (*recte* ?) 777 fasse *A* (fortasse *an* facesse *dub. Iov.*) ei] illi *DGp* 778 ut co. *Gp* 779 neque illi *G* spondeo *A*

non ego dicebam in perpetuom ut ĭllam illi dares,
verum ut simulares. *CH.* non meast simulatio ;
ita tŭ ĭstaec tua misceto ne mĕ ădmisceas.
egŏn quoi daturu' non sum, ut e͡i despondeam ?
SY. credebam. *CH.* minime. *SY.* scite poterat fieri ·
et ego hoc, quia dudum tu tanto opere iusseras,
e͡o coepi. *CH.* credo. *SY.* ceterum equidem istuc, Chreme,
aequi bonique facio. *CH.* atqui quam maxume
volŏ te dare operam ut fiat, verum alia via.
SY. fiat, quaeratur aliquid. sed ĭllud quod tibi
dixi de argento quod ĭsta debet Bacchidi,
id nunc reddendumst illi : neque tu scilicet
illuc confugies : "quid mea ? num mihi datumst ?
num iussi ? nŭm ĭlla oppignerare filiam
meam mĕ ĭnvito potuit ?" verum illuc, Chreme,
dicunt : "ius summum saepe summast malitia."
CH. haud faciam. *SY.* immo aliis si licet, tibi non licet :
†omnes te in lauta et bene acta parte putant.†
CH. quin egomet iam ad eam deferam. *SY.* immo filium
iubĕ potiu'. *CH.* quăm ŏb rem ? *SY.* quia enim in eum suspiciost
translata amori'. *CH.* quid tum ? *SY.* quia videbitur
mage veri simile id esse, quŏm hic illi dabit ;
et simŭl conficiam facilius ego quod volo.
ipse adeo adest : abi, ecfer argentum. *CH.* ecfero.

781 ego perpetuo dic. ut γL : ego dic. perpetuo ut *DGp* 782 ut] id *G* mea *P* 783 me ne *DG* 784 sim Σ (*praeter* D^2) 785 po. sc. *DG* 786 Σ : suaseras *A* 787 ego *A* 788 quam] cum $P^1D^1Gp^1\lambda$: tum $CD^2LEFv\epsilon$: *del.* p^2 790 qu. aliud Σ (*praeter* $D^1Gp\lambda^1$) 792 illi *om. A* 793 *A* : eo nunc co. Σ CH. quid $D^2L^2\epsilon^2$ 794 dum ius. *A* : n. illa ius. P^1 795 SY. verum $D^2L^2\epsilon^2$ -uc L^2 796 est su. *D* ma. est γD^2L 797 si li.] scilicet $L^1p^1\epsilon^1$ 798 b. aucta *Bentley* *an habent?* 799 iam *om. p* 800 in hunc γD^2L 801 quid] qui *A* 803 perficiam D^1Gp

vi CLITIPHO SYRVS

CL. Nullast tam facili' res quin difficilis siet,
quam invitu' facias. vel me haec dêambulatio,
quam non laboriosa, ad languorem dedit.
nec quicquam mage nunc metuo quam ne denuo
miser aliquo extrudar hinc, nĕ ăccedam ad Bacchidem.
ut te quidem omnes di deae[que] quantumst, Syre,
cŭm ĭstoc invento cumque incepto perduint!
huiu' modi mihi res semper comminiscere
ubi me excarnufices. *SY.* is tŭ hinc quo dignus es?
quam paene tua me perdidit protervitas!
CL. vellem hercle factum, ita meritu's. *SY.* meritu'? quo modo?
ne mĕ ĭstuc ex te prius audisse gaudeo
quăm ărgentum haberes quod daturu' iam fui.
CL. quid igitur dicam tibi vis? abi⟨i⟩sti; mihi
amicam adduxti quam non licitumst tangere.
SY. iam non sum iratu'. sed scin ubi sit nunc tibi
tua Bacchis? *CL.* apŭd nos. *SY.* non. *CL.* ubi ergo? *SY.* apŭd Cliniam.
CL. perii. *SY.* bono animo es: iam argentum ad eam deferes
quod êi pollicitu's. *CL.* garris. unde? *SY.* a tûo patre.
CL. ludis fortasse me? *SY.* ipsa re experibere.
CL. ne ego sum homo fortunatu': deamo te, Syre.
SY. sed pater egreditur. cavĕ quicquam admiratu' sis

808 nunc ma. γ : ma. D^1 : nunc L^1 810 ut] et $D^2LEFv\epsilon$ omn. qui. γ (*praeter* E^1F^2 omn.) 811 cum tuo istoc Σ (*praeter* λ^1) 812 mihi *om.* γL sem. mihi res DGp co. excogitas $D^2LE\epsilon$ 813 $C^1\lambda$: is hinc A : ii tu hinc $P^1LF^1v^1$: in hinc D^1 : in tu hinc D^2 : ii hinc Gp^1 : i tu hinc $P^2L^2p^2EF^2v^2$: ut tu hinc ϵ 816 -divisse ω 818 t. v. d. Σ (*recte*?) ab. nunc mihi λ^1 : adisti mihi manum *Bentley an* ambisti? 819 licitum sit A : liceat Σ 820 nunc sit γL 821 ergo] igitur A 823 es po. Σ (*praeter* C^1) unde id Σ (*praeter* $C^1\lambda$) 825 fo. ho. sum $CPLFv$: ho. fo. sum E

qua causa id fiat; obsecundato in loco;
quod imperabit facito; loquitor paucula.

CHREMES CLITIPHO SYRVS vii

CH. Vbi Clitipho hic est? *SY.* "eccum me" inque. *CL.* eccum hic tibi.
CH. quid rēi esset dixti[n] huic? *SY.* dixi pleraque omnia.
CH. cape hoc argentum ac defer. *SY.* i: quid stas, lapis?
quin accipis? *CL.* cedo sane. *SY.* sequere hac me ocius.
tu hic nos dum eximus interea opperibere;
nam nil est illic quod moremur diutius.—
CH. minas quidem iam decem habet a me filia,
quas hortamentis esse nunc duco datas;
hasce ornamentis consequentur alterae;
porro haec talenta dotis adposcunt duo.
quam multa iniusta ac prava fiunt moribus!
mihi nunc relictis rebus inveniundus est
aliquis, labore inventa mea quoi dem bona.

MENEDEMVS CHREMES viii

ME. Multo omnium nunc me fortunatissimum
factum puto esse quom te, gnate, intellego
resipisse. *CH.* ut errat! *ME.* te ipsum quaerebam, Chreme:

827 *post* 825 ω (*praeter L, ubi post* 824) SY. qua ω (*praeter* L^2) Sc. vii *nulla nova scaena Dp* 829 hinc est *A* (*recte*?) : nunc est Σ (*praeter* D^1G^1) 830 q. tibi rei es. D^1 : q. es. rei *p* : q. est rei L^2 pluraque $L\eta^1\epsilon$: plenaque F^1 831 ii *A* : ei γD^2L 832 me hac nunc oc. $C^2PFv\lambda$: hac oc. D^1 : nunc hac oc. CL. sequor D^2 : hac nunc oc. C^1LE : hac me oc. CL. sequor *p* : hac nunc oc. CL. sequor η^2: hac nunc oc. (*in mg.* sequor) ϵ *vel* SY. se. hac nunc CL. sequor 836–7 quas . . hasce *om.* p^1 836 ho. $C^1p^2\lambda$ *Eugr.* ('nutrimentis; hortatores enim dicuntur equorum qui nutriunt'), *gl. II* ('ort.: alimentis'): ornamentis $APLE^1F^1v\eta\epsilon$: pro orn. D^1G : pro alimentis *E man. rec.* 838 -scent Σ 840 rel. omnibus reb. *p* 842 me nunc γ (*praeter* η^1), D^2L : nunc D^1Gp 843 gn. cum te Σ

serva, quod in te est, filium, me ac familiam.
CH. cedo quid vis faciam? *ME.* invenisti hodie filiam.
CH. quid tum? *ME.* hanc uxorem sibi dari volt Clinia.
CH. quaeso quid tŭ homini's? *ME.* quid ĕst? *CH.* iamne oblitus es
inter nos quid sit dictum de fallacia,
ut ea via abs te argentum auferretur? *ME.* scio.
CH. ea res nunc agitur ipsa. *ME.* quid narras, Chreme?
erravi? actast res? quanta de spe decidi!
immo haec quidem quae apud me est Clitiphonis est
amica: ita aiunt. *CH.* et tu credis omnia.
et ĭllum aiunt velle uxorem ut, quom desponderis,
des qui aurum ac vestem atque alia quae opu' sunt comparet.
ME. id est profecto: id amicae dabitur. *CH.* scilicet
daturum. *ME.* [v]ah frustra sum igitur gavisus miser.
quidvis tamen iam malo quam hunc amittere.
quid nunc renuntiem abs te responsum, Chreme,
ne sentiat me sensisse atque aegre ferat?
CH. aegre? nimium illi, Menedeme, indulges. *ME.* sine:
inceptumst: perfice hoc mi perpetuo, Chreme.
CH. dic convenisse, egisse te de nuptiis.
ME. dicam. quid deinde? *CH.* me facturum esse omnia,
generum placere; postremo etiam, si voles,
desponsam quoque ĕsse dicito. *ME.* ĕm ĭstuc volueram.
CH. tanto ocius te ut poscat et tu, id quod cupis,
quam ocissime ut des. *ME.* cupio. *CH.* ne tu propediem,

845 *A*: fi. et me et fa. Σ 846 cedo Σ: dic *A* 847 si. ux. *A* 848 tu *om.* Σ hominis es ω (es *om.* v^1) quid est *Ap*: quid *cett.* *an* iam (*cum* qu. ēst)? 851 na. *A*: dixti Σ (-tin F^1) 851a *om. A*: *in mg. sunt* res acta est . . decidi *in* C^2P^2 res ac. est Σ (*G om.* res) CH. err. ME. res L^2 852 CH. immo *Iov.* CH. et qui. haec (istaec *Dpηε*: ista hec *G*) quae ap. te est (est ap. te $DG^1p\eta\epsilon$) Clit. est Σ (*cf. Eugr.*) 853 ME. ita *Iov.* Σ ita ut ai. *P* et . . om.] *vel interrogative* ME. omnia (854 CH. et ill.) *Iov.* $C^2P^2D^2Lp^2EF^2v^1\eta\epsilon$ 854 -derim Σ 855 ac] et γ*L* *Nonius* 256 -rent $p\eta^1$ 856 id a. d.] 'vel confirmantis est . . vel . . interrogatio' *Eugr.* 857 ig. sum Σ 858 *om. A* (*non Eugr.*) 861 *an* illum? 862 in perpetuum *Gp*

ut ĭstanc rem video, istius obsaturabere.
sed ut uti istaec sunt, cautim et paulatim dabis
si sapies. *ME.* faciam. *CH.* abi intro: vidĕ quid postulet.
ego domi ero siquid me voles. *ME.* sane volo;
nam te scientem faciam quidquid egero.

ACTVS V

MENEDEMVS CHREMES i

ME. Ego me non tam astutum neque ita perspicacem esse id scio;
sed hic adiutor meus et monitor et praemonstrator Chremes
hoc mihi praestat: in me quidvis harum rerum convenit
quae sunt dicta in stulto, caudex stipes asinu' plumbeus;
in ĭllum nil potest: exsuperat ei(u)s stultitia haec omnia.
CH. ohe iam desine deŏs, uxor, gratulando obtundere
tu͡am esse inventam gnatam, nisi ĭllos ex tuo ĭngenio iudicas
ut nil credas intellegere nisi idem dictumst centiens.
sed ĭnterim quid ĭllic iamdudum gnatu' cessat cum Syro?
ME. quos ais homines, Chreme, cessare? *CH.* ehĕm, Menedeme, advenis?
dic mihi, Cliniae quae dixi nuntiastin? *ME.* omnia.
CH. quid ait? *ME.* gaudere adeo coepit quasi qui cupiunt nuptias
CH. hahahae. *ME.* quid risisti? *CH.* servi venere in mentem Syri

869 istam $A\gamma L$ 870 *PC* (utut), λ (utut): sed haec uti sunt *AG* (ut), *p* (utut): sed haec ista ut sunt $DL^1F^2\nu\eta\epsilon$: sed haec ita ut sunt L^2E 871 -pias F^1: -pis D^1Gp -ent γD^2L 873 -nte γ (*praeter v*), D^2Lp *Eugr.* (*non Arusian.* 510) 874 ita] tam D^1Gp: *om. E* id certo scio Σ (-te D^1p^1) 876 in me] in quem *Don. in Eun.* 6 quid h. r. vis D^1p 877 -tae $D^1E^1\eta$ -tum Σ *Don. in Eun.* 6 (?) 878 po. nam ex. *Iov.* Σ 879 des. inquam deos *A* (*om.* ohe) 881 nisi si idem γ (*praeter* η), *L* dictum sit Σ 882 *vix iamb.* (*cum* ĭnt.) 884 dixti nuntiavisti *A* 885 occepit Σ (*praeter GF*)

calliditates. *ME.* itane? *CH.* voltu' quoque hominum fingit scelus.
ME. gnatu' quod se adsimulat laetum, id dicis? *CH.* id. *ME.* idem ĭstuc mihi
venit in mentem. *CH.* veterator. *ME.* mage, si mage noris, putes
ita rem esse. *CH.* âin tu? *ME.* quin tu ausculta. *CH.* manĕ; hoc priu' scire expeto,
quid perdideris. nam ubi desponsam nuntiasti filio,
continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet,
sponsae vestem aurum atque ancillas opus esse: argentum ut dares.
ME. non. *CH.* quid? non? *ME.* non inquam. *CH.* neque ĭpse gnatu'? *ME.* nil prorsum, Chreme.
magis unum etiam instare ut hodie conficiantur nuptiae.
CH. mira narras. quid Syru' meu'? ne is quidem quicquam? *ME.* nihil.
CH. quăm ŏb rem, nescio. *ME.* equidem miror, qui alia tam plane scias.
sed ĭlle tuom quoque Syrus idem mire finxit filium,
ut ne paullulum quidĕm subolat esse amicam hanc Cliniae.
CH. quid agit? *ME.* mitto iam osculari atque amplexari: id nil puto.
CH. quid ĕst quod ampliu' simuletur? *ME.* vah. *CH.* quid est? *ME.* audi modo.
est mihi ultimis conclave in aedibus quoddam retro:
huc est intro latu' lectu', vestimentis stratus est.

888 itidem istuc Σ 890 mane dum *Bentley* 893 atque *om.* $\gamma D^2 L$ 894 prorsus Σ 895 ma. hoc un. D^1G: ma. hoc nunc *p* conficerentur Σ 896 ne isdem quicquam $LE\eta^2\epsilon$ 897 ME. nescio ω eq. sed te mi. Σ (it *pro* te *G*) 898 tuus CPE^1Fv isdem *A* (s *del. Iov.*): *om. Gp* 898–9 *h. l. om.* D^1 *et inverso ordine post* 904 *habet* 899 pau. suboleat $P^2DGLpEF^2v^2\eta\epsilon$ 900 quid ais Σ omitto GpE^2Fv id *om. A* (*add. Iov.*) 902 D^1Gp: in ult. con. *cett.* 903 str. (*om.* est) D^1G^1p

CH. quid postquam hoc est factum? *ME.* dictum factum huc abiit Clitipho.
CH. solu'? *ME.* solu'. *CH.* timeo. *ME.* Bacchi' consecutast ilico.
CH. sola? *ME.* sola. *CH.* perii. *ME.* ubi abiere intro, operuere ostium. *CH.* hem
Clinia haec fieri videbat? *ME.* quidni? mecum una simul.

CH. fili est amica Bacchi': Menedeme, occidi.
ME. quăm ŏb rem? *CH.* decem dierum vix mi est familia.
ME. quid ĭstuc times quod ĭlle operam amico dat suo?
CH. immo quod amicae. *ME.* si dat. *CH.* an dubium id tibist?
quemquamne animo tam com[mun]i esse aut leni putas
qui se vidente amicam patiatur suam . . ? *ME.* ah
quidni? quo verba facilius dentur mihi.
CH. derides merito. mihi nunc ego suscenseo:
quot res dedere ubi possem persentiscere,
ni essem lapis! quae vidi! vae misero mihi!
at nĕ ĭllud haud inultum, si vivo, ferent!
nam iam . . *ME.* non tu te cohibes? non te respicis?
non tibi ego exempli sati' sum? *CH.* prae iracundia,
Menedeme, non sum apud me. *ME.* tene istuc loqui!
nonne id flagitiumst te aliis consilium dare,
forĭs sapere, tibi non posse te auxiliarier?
CH. quid faciam? *ME.* id quod me fecisse aiebas parum.
fac te patrem esse sentiat; fac ut audeat
tibi credere omnia, abs te petere et poscere,

904 d. ac fa. Σ 907 u. me. *CPLEFϵ* 908 filia *Aϵ* 909 vix di. *DGp* mihi vix *CPLFvϵ* 911 quod *om. A* 912 ne *om.* Σ (*praeter* P^2D^1pv) aut *A* : et Σ 913 suam subigitari *A* (*corr. Iov.*) (*non Don. ad Eun.* 479) ah C^1P: *om. A* : ah hahe C^2D: hahehe *G* : ahahhe *LEv* : hahahe *pϵ* : ah hae F^2 915 n. e. m. *DGp* 916 quod *ω* possim *A* 917 nisi $D^2LEF^2ϵ$ 918 anne *A* 919 -cies *A* 920 ego *om. AG* 922 non id $D^2LEϵ$ 923 te *om. Av* 924 paulum *A* (*corr. Iov.*) 925 es. ut se. D^1GpE audeant *A* (*corr. Iov.*)

nequam aliam quaerat copiam ac te deserat.
CH. immo abeat multo malo quovis gentium
quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.
nam si illi pergo suppeditare sumptibus,
Menedeme, mihi ĭllaec vere ad rastros res redit.
ME. quot ĭncommoditates in hăc re capies, nisi caves!
difficilem te esse ostendes et ĭgnosces tamen
post, et id ingratum. *CH.* ah nescis quam doleam. *ME.* ut lubet.
quid hŏc quod rogo, ut ĭlla nubat nostro? nisi quid est
quod mage vis. *CH.* immo et gener et adfines placent.
ME. quid doti' dicam te dixisse filio?
quid obticuisti? *CH.* dotis? *ME.* ita dico. *CH.* ah. *ME.* Chreme,
nequid vereare, si minu': nil nos dos movet.

CH. duo talenta pro re nostra ego esse decrevi satis;
sed ita dictu opus est, si me vis salvom esse et rem et filium,
me mea omnia bona doti dixisse illi. *ME.* quam rem agis?
CH. id mirari te simulato et illum hoc rogitato simul
quăm ŏb rem id faciam. *ME.* quin ego vero quăm ŏb rem id facias nescio.
CH. egone? ut eius animum, qui nunc luxuria et lascivia
diffluit, retundam redigam, ut quo se vortat nesciat.
ME. quid agi'? *CH.* mitte: sine me in hac re gerere mihi morem. *ME.* sino:

928 mul.] potius multo *A* malo *om. p* quivis *A* (*corr. Iov.*) 930 pergam γD^2L (*non Arusian.* 509) 931 mihi (res vere etiam?) ad ra. red. *A* (*corr. Iov.*) illa *p*: illa haec $E^2\epsilon$ vero *Iov.* 932 inc. *A*: incommoda tibi Σ (-dia D^1E) Σ: accipies *A* 933 t. e. o. AD^1Gpv: o. t. e. *cett.* -ndis *Iov.* γD^2L 934 et id erit ing. Σ (*praeter E*) 935 rogo] volo γD^2L nisi quidem $p\epsilon$ 936 magis vis *A*: mavis *CP*: malis *cett.* -nis *A* 937 ME. *om. A* (*add. Iov.*) 939 si quid mi. *P*: si mi. est *DGp*: si est mi. $LE\epsilon$ 941 dicto *Iov.* D^1Gp 942 dotis C^1P^1 ah quam *p* 943 id emirari *D* (e *superscr.*), $GEF^2v\epsilon$: id me mir. L^1: idem mir. F^1 te] e *A* (*corr. Iov.*) hoc *om.* Σ 945 illius γD^2L 946 et red. Σ 947 dimitte *LFv* ac sine Σ

itane vis? *CH.* ita. *ME.* fiat. *CH.* ac iam uxorem ut accersat paret.
hic ita ŭt liberos est aequom dictis confutabitur;
sed Syrum . . *ME.* quid eum? *CH.* egone si vivo adeo exornatum dabo,
adeo depexum ut dum vivat meminerit semper mei;
qui sibi me pro deridiculo ac delectamento putat.
non, ita me dĭ ament, auderet facere haec viduae mulieri
quae in me fecit.

CLITIPHO MENEDEMVS CHREMES SYRVS ii

CL. Itane tandem quaeso, Menedeme? ut pater
tăm ĭn brevi spatio omnem de me eiecerit animum patris?
quodnam ob facinu'? quid ego tantum sceleris admisi miser?
volgo faciunt. *ME.* sciŏ tibi esse hoc graviu' multo ac durius,
quoi fit; verum ego haud minus aegre patior, id qui nescio
nec rationem capio, nisi quod tibi bene ex animo volo.
CL. hic patrem astare aibas. *ME.* eccum. *CH.* quid me incusas, Clitipho?
quidquid ego huiu' feci, tibi prospexi et stultitiae tuae.
ubi te vidi animo esse omisso et suavia in praesentia
quae essent prima habere neque consulere in longitudinem:
cepi rationem ut neque egeres neque ut haec posses perdere.

948 ac] age Σ   ut *om. A* (*add. Iov.*)   praeparet *DGLEv*   950 ME. quid eum CH. Σ *Don. in Ad.* 400: quidem *A*   951 dep. usque ut γ (*Eε om.* ut), D^2L (*om.* ut)   952 rid. $AGpF^1$ 953 di bene am. *A*   hoc fac. *A*: fac. hoc D^1p: fac. huic P^2 Sc. ii *nulla nova scaena Dv*   954 qu. est Me. Σ   955 iec. *p*   956 fa. γ (*praeter* ε), D^2Lp^2: factum *cett.* (*om.* D^1p^1)   tan. *om.* p^1 957 v. id fa. *DGp*   ac] et *DGp*   958 qui] quod AE^1 960 γ*L*: stare *DGp*: esse *A*   ec.] istum *A* (*corr. Iov.*)   962 es. an. γ*L* (*non Don. in Ad.* 831)   amisso *G* (*non Don.*)   964 cepi** ra. *A*: ra. c. *Nonius* 254   neq. tu eg. γD^2L egeris . . possis *A*   hoc *Don. in Phorm.* 408

ubi quoi decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare,
abii ad proxumum tibi quĭ erat; e͡i commisi et credidi:
ibi tuae stultitiae semper erĭt praesidium, Clitipho,
victu' vestitus quo in tectum te receptes. *CL.* ei mihi!
CH. satius est quam te ipso herede haec possidere Bacchidem.
SY. disperii: scelestu' quantas turbas concivi insciens!
CL. emori cupio. *CH.* priu' quaeso disce quid sit vivere.
ubi scies, si displicebit vita, tŭm ĭstoc utitor.
SY. ere, licetne? *CH.* loquere. *SY.* at tuto. *CH.* loquere. *SY.* quaĕ ĭstast pravitas
quaeve amentiast, quod peccavi ego, id obesse huic? *CH.* ilicet.
ne te admisce: nemo accusat, Syre, te: nec tu aram tibi
nec precatorem pararis. *SY.* quid agi'? *CH.* nil suscenseo
neque tibi nec tibi; nec vos est aequom quod facio mihi.—

CLITIPHO SYRVS

SY. Abiit? vah, rogasse vellem . . *CL.* quīd? *SY.* und' mihi peterem cibum:
ita nos alienavit. tibi iam esse ad sororem intellego.

CL. adeon rem redi(i)sse ut periclum etiam a fame mihi sit, Syre!
SY. modo liceat vivere, est spes . . *CL.* quae? *SY.* nos esurituros satis.

965 *post* 966 D^1Gp u. q.] cuicui $P^1D^2Lp^1E^1v^2\epsilon$ 966 -mos . . erant . . eis γD^2Lp^2 ei] it *A* (*i.e.* id): et *Iov.* 967 ubi *A* (?), D^1Gp^1 erit] id *A* (*corr. Iov.*) 968 te *om. p* recipies *A*: recipias D^1Gp 970 tu. *om. A* (*add. Iov.*) conscivit *A* 971 di. qu. *DGpϵ* (*recte?*) 972 si *om. A* (*add. Iov.*) t. is utitur *A* (*corr. Iov.*) 975 te (*alt.*) *om. A* (*add. Iov.*) tu ar.] tutorem *Don. in Phorm.* 140 (*non Lact. Plac. in Theb.* xii. 481) 976 parabis *A* (*non Don.*; *Lact. Plac.*) ais *Ev* 977 neque *A*: nec *Iov.* Σ n. t. n. huic $C^2P^2\delta EF^2v\epsilon$ 978 vah *om. γL* velle AD^1 979 abal. $PDGLpEF^2v\epsilon$ sibi $P^2Gp^2E^1v^2$ 980 *nova scaena DGp* a *om. AP* (*ex corr.*), *δEvϵ*

CL. inrides in re tanta neque me consilio quicquam adiuvas?
SY. immo et ibi nunc sum et usque id egi dudum dum loquitur pater;
et quantum ego intellegere possum . . *CL.* quid? *SY.* non aberit longius.
CL. quid id ergo? *SY.* sic est: non esse horum te arbitror. *CL.* quid ĭstuc, Syre?
satĭn sanus es? *SY.* ego dicam quod mi in mentemst: tu diiudica.
dŭm istis fŭisti solu', dum nulla alia delectatio
quae propior esset, tĕ ĭndulgebant, tibi dabant; nunc filia
postquamst inventa vera, inventast causa qui te expellerent.
CL. est veri simile. *SY.* an tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas?
CL. non arbitror. *SY.* nunc aliud specta: matres omnes filiis
in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
solĕnt esse: id non fit. *CL.* verum dici'. quid ĕrgo nunc faciam, Syre?
SY. suspicionem istanc ex illis quaere, rem profer palam.
si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito,
aut scibi' quoiu' [sis]. *CL.* recte suades: faciam.— *SY.* sat recte hoc mihi
in mentem venit; nam quam maxume huic visa haec suspicio
erĭt *vera*, quamque adulescens maxume quăm ĭn minima spe situs

982 in me re D^1 me *om.* D^1G^1 qu. co. *CPLEFv* 983 et tibi *A* (*corr. Iov.*), $D^2L^1\eta\epsilon$: et ubi F^2 dud. id e. γD^2 985 id *om.* D^1G te ho. $Av\eta^2$ qui CPE^2F^1 986 mente est $AD^2GE^2\eta$ iud. *A* (*corr. Iov.*), *E* 987 del. fuit *A* 989 po. ve. inv. est inv. est c. $CPLv\eta^2$: po. ve. inv. est c. $D^2EF\eta^1\epsilon^1$ qui *A*: qua *Iov.* Σ 991 omn. ma. *G* 994 hanc $D^1Gp\eta^1\epsilon$ (*non Priscian.* i. 590): istam γ (*praeter* $\eta^1\epsilon$) 995 vera $D^1Gp^1\eta^1$ -cis *A* 996 *vel* quoiu's 997–7ª namque ad. max. huic vi. haec susp. *A*: namque ad. quam max. (mini)ma spe si. *Iov.*: namque ad. quam in min. spe si. Σ (*cf. Eugr.*) *duos versus in unum a librariis fusos sic fere refingendos putamus*

erĭt, tam facillume patri' pacem in leges conficiet suas.
etiam haud scio anne uxorem ducat : ac Syro nil gratiae !
quid hŏc autem ? senĕx exit foras : ego fugio. adhuc quod factumst,
miror non continuo adripi iusse : ad Menedemum hunc pergam.
e͡um mihi precatorem paro : senĭ nostro fidĕ nil habeo.

iii SOSTRATA CHREMES

SO. Profecto nisi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali ;
idque adeo miror, quo modo
tăm ineptum quicquam tibi venire in mentem, mi vir, potuerit.
CH. oh pergin mulier esse ? nullamne ego rem umquam in vita mea
volui quin tu in ea re mi fueris advorsatrix, Sostrata !
at si rogem iam quid ĕst quod peccem aut quăm ŏb rem hoc facias, nescias ;
in qua re nunc tam confidenter restas, stulta. *SO.* ego nescio ?
CH. ĭmmŏ scis, potius quam quidĕm redeat ad integrum eadem oratio. *SO.* oh
iniquos es qui me tacere de re tanta postules.

999 sciam $CPFv^1\eta^1$ an *A* ac] at *Dziatzko* 1000 au. est Σ atque huc *A* (*corr. Iov.*) 1001 mi. cont. hunc adripuisse ad Men. hunc pe. *A* : mi. non iusse me adripi ad Men. hinc pe. *Iov.* : mi. non iussisse ilico arripi me, *etc.* Σ : mi. non me ilico adr. iu., *etc. Klotz* hinc nunc ad Men. pe. *CPLEFv* : ad Men. hinc pe. D^1G (*recte* ?) : ad Men. hinc p^1 : ad Men. hinc nunc pe. $D^2p^2\eta\epsilon$ 1002 no. *del. Kauer* nil fidei *Bentley* fide $D^2L^1\eta\epsilon$: fidei *cett.* (*E* fidem) 1005 tibi qu. $DGp\eta\epsilon$ 1006 oh *om. Ap* mul. odiosa es *A* ull. L^2Ev 1007 adv. fu. γL 1008 rogitem γL pe. hic aut $D^1Gp\eta^1\epsilon$ *A* : hoc faciam *Iov.* : id faciam Σ -iam *etiam Eugr.* 1010 redeam *A* (*corr. Iov.*) ad *om.* v^1 haec ead. *A* or. *om.* D^1 oh *om. A* 1011 me *om. p*

CH. non postulo iam: loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen.
SO. facies? *CH.* verum. *SO.* non vides quantum mali ex e͡a re excites?
subditum se suspicatur. *CH.* "subditum" a͡in tu? *SO.* sic erit,
mi vir. *CH.* confitere? *SO.* au te obsecro, istuc inimicis siet.
egŏn confitear me͡um non esse filium, qui sit meus?
CH. quid? metui' ne non, quom velis, convincas esse illum tuom?
SO. quod filia est inventa? *CH.* non: sed, quo mage credundum siet,
id quod consimilest moribus
convinces facile ex te natum; nam tui similest probe;
nam illi nil vitist relictum quin siet itidem tibi;
tum praeterea talem nisi tu nulla pareret filium.
sed ĭpse egreditur, quam severu'! rem, quom videas, censeas.

CLITIPHO SOSTRATA CHREMES iv

CL. Si umquam ullum fu͡it tempu', mater, quom ego voluptati tibi
fuerim, dictu' filiu' tuo' vostra volŭntate, obsecro
ei(u)s ut memineris atque inopi' nunc te miserescat mei,

1012 *post* postulo *dist. Iov.* ego *om. A* (?) 1014 certe s. e. *A* : certe inquam Σ (*G om.* inq.) 1015 confitere tuum non esse *CPLEFv* : confitere tuum non esse filium *DGpηε* obs. te *ω* is. nostris in. Σ 1017 *post* metuis *dist. Iov.* il. filium tuum *A* 1018 SO. *om. A* quod] cum *A* (*corr. Iov.*) SO. non *A* quod *G* (*recte*?) : *om. L* cr. est D^1Gp 1019 consimilis est EF^2 : co. (*om.* est) LF^1 : est co. *cett.* 1020 similis est *ω* 1021 qui sit et idem tibi *A* : quin itidem sit tibi Σ 1022 nu. ni. tu $CPLEFv\eta^2$ 1023 rem] *cf. Don. in Eun.* 24 Sc. iv *nulla nova scaena D* 1025 vostra] tua Σ (vol. tua *ε*)

quod peto aut quod volŏ, parentes me͡os ut conmonstres mihi.
SO. obsecro, mi gnate, nĕ ĭstuc in animum inducas tuom
alienum esse te. *CL.* sum. *SO.* miseram me, hoccin quaesisti, obsecro?
ita mihi atque huic sis superstes ut ĕx mĕ ătque ex hoc natus es;
et cavĕ posthac, si mĕ amas, umquam istuc verbum ex te audiam.
CH. at ego, si me metui', mores cave ĭn te esse istos sentiam.
CL. quos? *CH.* si scire vis, ego dicam: gerro iners fraus helluo
ganeo's damnosu': crede, et nostrum te esse credito.
CL. non sunt haec parenti' dicta. *CH.* non, si ex capite sis meo
natus, item ut aiunt Minervam esse ex Iove, e͡a causa magis
patiar, Clitipho, flagitiis tu͡is me infamem fieri.
SO. dĭ ĭstaec prohibeant! *CH.* deŏs nescio: ego, quod potero, sedulo.
quaeris id quod habes, parentes; quod abest non quaeris, patri
quo modo obsequare et ŭt serves quod labore invenerit.
non mihi per fallacias adducere ante oculos . . pudet
dicere hac praesente verbum turpe; at te id nullo modo
facere puduit. *CL.* eheu quam nunc totu' displiceo mihi,
quam pudet! neque quod principium incipiam ad placandum scio.

1027 q. pe. aut vo. Σ: q. vo. aut pe. *Priscian.* i. 355 -ntis *testatur Priscian.* ut *om. A* 1030 ex (*alt.*) *om.* $\gamma D^{2} L$ 1032 cave *om. D* es. is. in te *DGp* 1033 si *om.* $A D^{1} Gp$ 1038 po. enitar se. Σ 1039 qu. ab.] id qu. ab. $D^{1} Gp$ 1040 ut *etiam Don. in Eun.* 210: aut *LE* -neris *A* (*corr. Iov.*) (*non Don.*) 1042 id *om.* γDL 1043 piguit fa. γL: fa. pig. *DGp* qu. ego nunc Σ (*praeter G*) (*recte?*) 1044 capiam ad pl. *Faernus*: ad pl. inveniam $D^{1} Gp$

MENEDEMVS CHREMES SOSTRATA CLITIPHO V

ME. Enĭmvero Chreme⟨s⟩ nimi' graviter cruciat adulescentulum
nimi'que inhumane: exeo ergo ut pacem conciliem. optume
ipsos video. *CH.* ehĕm, Menedeme, quor non accersi iubes
filiam et quod doti' dixi firmas? *SO.* mi vir, te obsecro
ne facias. *CL.* pater, obsecro mi ignoscas. *ME.* da veniam, Chreme:
sine te exorem. *CH.* egŏn mea bona ut dem Bacchidi dono sciens?
non faciam. *ME.* at ĭd nos non sinemu'. *CL.* si me vivom vis, pater,
ignosce. *SO.* age, Chreme mi. *ME.* age quaeso, ne tam offirma te, Chreme.
CH. quid ĭstic? video non licere ut coeperam hoc pertendere.
ME. facis ut te decet. *CH.* eâ lege hoc adeo faciam, si facit
quod ego hŭnc aequom censeo. *CL.* pater, omnia faciam: impera.
CH. uxorem ut ducas. *CL.* pater . . ! *CH.* nil audio. *SO.* ad me recipio:
faciet. *CH.* nil etiam audio ipsum. *CL.* perii! *SO.* an dubitas, Clitipho?
CH. immo utrum volt. *SO.* faciet omnia. *ME.* haec dum incipias, gravia sunt,
dumque ignores; ubi cognori', facilia. *CL.* faciam, pater.

1049 obs. ut mihi Σ 1050 $C^2\delta EF^2 v\eta\epsilon$: -rent *A* (-ret *Iov.*), *cett.* *Ap*: egone *cett.* 1051 id *om.* CPF^1v ME. audi nos CH. non s. E^2 1052 mi *om.* γD^2L age (*alt.*) *om.* $Dp\eta\epsilon$ 1053 istuc AD^2p perpen. *A* 1054 ad. hoc $Dp\eta\epsilon$ *A*: si hic fa. *p*: si hic faciat $D^1\eta^1\epsilon$: si id faciat *cett.* 1056 SO.] ME. Σ 1057 CL.] SO. *A* 1058 ME. fa. o. SO. haec Σ (*praeter* F^1)

SO. gnate mi, ego pol tibi dabo illam lepidam, quam tu facile ames,
filiam Phanocratae nostri. *CL.* rufamne illam virginem,
caesiam, sparso ore, adunco naso? non possum, pater.
CH. heia ut elegans est! credas animum ibi esse. *SO.* aliam dabo
CL. immo, quandoquidem ducendast, egomet habeo propemodum
quam volo. *CH.* nunc laudo, gnate. *CL.* Archonidi huiu' filiam
SO. perplacet. *CL.* pater, hoc nunc restat. *CH.* quid? *CL.* Syro ignoscas volo
quae me͡a causa fecit. *CH.* fiat. *CANTOR.* vos valete et plaudite!

1060 il.] puellam Σ 1061 nostrae *A* (*corr. Iov.*), CP^1F^1 1064 immo *A* : quid istic Σ (*quod mavult Kauer*) 1065 CH. *A* : SO. Σ -nidis Σ huius *om.* Σ 1066 perp. Σ : satis placet *A*

EVNVCHVS

DIDASCALIA

INCIPIT EVNVCHVS TERENTI: ACTA LVDIS MEGALENSIBVS L · POSTVMIO ALBINO L · CORNELIO MERVLA AEDILIBVS CVRVLIBVS: EGERE L · AMBIVIVS TVRPIO L · ATILIVS PRAENESTINVS: MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS DVABVS DEXTRIS: GRAECA MENANDRV: FACTA II M · VALERIO C · FANNIO COS·

---

1 Megalensibus Σ (funebribus *L*): Romanis *A* 2 L. Post. Alb. L. Corn. Mer. Σ (L. Co. Me. *postea inseruit C*: *om. Pp*): M. Iunio Lucio Iulio *A* 3 egit *A* 4 Hatilius *A* modulavit Σ 6 acta Σ secunda ω: edita tertium est *Donatus* C. Mummio Fa. Σ

Eun. habent: AC (praeter prol.), DEη (praeter 753–836, 1034–94), ε (praeter 1–27, 38–101), F (praeter 1–415, 424–36, 454–7) G (praeter 848–1021), LP (praeter prol. 1–30, 643–51), pv

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

Sororem falso dictitatam Thaidis
id ipsum ignorans miles advexit Thraso
ipsique donat. erat haec civis Attica.
eidem eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phaedria ac rus ipse abit
Thrasoni oratus biduum concederet.
ephebus frater Phaedriae puellulam
cum deperiret dono missam Thaidi,
ornatu eunuchi induitur (suadet Parmeno):
introiit, vitiat virginem. sed Atticus
civis repertus frater eius conlocat
vitiatam ephebo; Phaedriam exorat Thraso.

PERI. Periocha *deest in* Σ (*praeter G*): *G exhibet eam* ('Argumentum eunuchi') *post v.* 29   2 abduxit *A*   3 haec *om. G*   5 ac .. ab. *om. G*   9 sua. Pa. *post* virginem *G*   11 ci. inprimis rep. *G*

PERSONAE

(Prologvs)
Phaedria Advlescens
Parmeno Servos
Thais Meretrix
Gnatho Parasitvs
Chaerea Advlescens
Thraso Miles
Pythias Ancilla
Chremes Advlescens
Antipho Advlescens
Dorias Ancilla
Dorvs Evnvchvs
Sanga Servos
Sophrona Nvtrix
Senex (Demea seu Laches)
(cantor)

Nulla aedicula in CP

PROLOGVS

Si quisquamst qui placere se studeat bonis
quam plurimis et minime multos laedere,
in îs poeta hic nomen profitetur suom.
tum siquis est qui dictum in se inclementius
existumavit esse, sic existumet
responsum, non dictum esse, quia laesit prior.
qui bene vortendo et easdem scribendo male
ex Graecis bonĭs Latinas fecit non bonas,
idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
atque in Thesauro scripsit causam dicere
prius unde petitur, aurum qua re sit suom,
quam illic qui petit, unde is sit thensaurus sibi
aut unde in patrium monumentum pervenerit.
de(h)inc ne frustretur ipse se aut sic cogitet
"defunctu' iam sum, nil est quod dicat mihi":
is ne erret moneo, et desinat lacessere.
habeo alia multa quae nunc condonabitur,
quae proferentur post si perget laedere
ita ŭt facere instituit. quam nunc acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam aediles emerunt,
perfecit sibi ut inspiciundi esset copia.

PROL. *om.* C^1 (*suppl. a schol. post exitum Andriae*) : *in P man. saec. x prol.* 1–30 *post Andr.* 853 *inseruit, didascaliam sequuntur* 31–45 : *in DGL* 30–45 *ante* 1–29 1 qui *om. A* (*add. Iov.*) se *om. AP* 5 -vit *etiam Don.* : -bit *p* existimet sciat praesumat Σ 6 quale sit *schol. C*, PD^2GL^2Ev prius *schol. C, PDGLEv* 7 e. m. s. *E* : e. conscribendo m. *DGL* : eas describendo m. *schol. C, v* 8 ex *in fine* 7 *Bentley* (*sed cf. Haut.* 388) 10 in Thes. *Don.*: in thensauros (tes-) *schol.* C^1, *p* : a thesauris *schol.* C^2, *PDGLv* 12 *Bentley* : ille *A*, *schol.* C^1, P^1p, *schol. v* : illius *schol.* C^2 : illi *DGLv* is sit] esset *A* 14 fraudetur *schol. C, schol. P, LEv* 16 des.] cesset *Pp* : desinet *schol. C*, E^1v^1 17 nunc quae *E* *A*, *schol.* C^1, *p* (don.), E^2 : -buntur *schol.* C^2, $PDGLE^1v$

magĭstratu' quŏm ibi adesset occeptast agi.
exclamat furem, non poetam fabulam
dedisse et nil dedisse verborum tamen:
Colacem esse Naevi, et Plauti veterem fabulam;
parasiti personam inde ablatam et militis.
si id est peccatum, peccatum inprudentiast
poetae, non quo furtum facere studuerit.
id ita esse vos iam iudicare poteritis.
Colax Menandrist: in east parasitus Colax
et miles gloriosus: êas se non negat
personas transtulisse in Eunuchum suam
ex Graeca; sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese id vero pernegat.
quod si personis isdem huic uti non licet:
qui mage licet currentem servom scribere,
bonas matronas facere, meretrices malas,
parasitum edacem, gloriosum militem,
puerum supponi, falli per servom senem,
amare odisse suspicari? denique
nullumst iam dictum quod non dictum sit prius.
qua re aequom est vos cognoscere atque ignoscere
quae veteres factitarunt si faciunt novi.
date operam, cum silentio animum attendite,
ut pernoscati' quid sibi Eunuchus velit.

22 adessent *schol. C*, P^1p (*recte?*) 24 et] ei *Pp* 27 -tiae est *Pp* 28 qui PD^2G^2E, *schol. v*, ϵ^2 : *om. schol. C*, $v^1\epsilon^1$ 32 se tr. *G* suum *A* (*corr. Iov.*) : suam *etiam Gramm.* 33 ex] de *G* ea ex fabula *Fleckeisen* 34 ascivisse *Phillimore* se *Iov.*, *schol. C*, $PD^1GLpEv\epsilon$ 35 h. u. *A* : uti aliis *Iov.* Σ 36 currentis servos Σ 41 sit dic. *P*δ *Diomedes* 400 (*non Hieronym. in Eccles.* I 'unde praeceptor meus Donatus cum ipsum versiculum exponeret', *etc.*) 43 faciant *schol. G* 44 op. et cum γD^2 animadvortite (-ver-) *schol. C*, *schol. P*, *DGLp* (a. a.). *Ev vix Don.*, *ubi legendum esse videtur* 'veteres plene animum attendite')

ACTVS I

PHAEDRIA PARMENO i

PH. Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem
quom accersor ultro? an potius ita me comparem
non perpeti meretricum contumelias?
exclusit; revocat: redeam? non si me obsecret.
PA. siquidem hercle possis, nil prius neque fortius.
verum si incipies neque pertendes gnaviter
atque, ubi pati non poteri', quom nemo expetet,
infecta pace ultro ad eam venies indicans
te amare et ferre non posse: actumst, ilicet,
peristi: eludet ubi te victum senserit.
proin tu, dum est tempus, etiam atque etiam cogita,
ere: quae res in se neque consilium neque modum
habet ullum, eam consilio regere non potes.
in amore haec omnia insunt vitia: iniuriae,
suspiciones, inimicitiae, indutiae,
bellum, pax rursum: incerta haec si tu postules
ratione certa facere, nihilo plus agas
quam si des operam ut cum ratione insanias.
et quod nunc tute tecum iratus cogitas
"egon illam, quaĕ ĭllum, quae me, quae non . . ! sine modo,
mori me malim: sentiet qui vir siem":
haec verba una mehercle falsa lacrimula
quam oculos terendo misere vix vĭ ĕxpresserit,

46 non eam] 'Probus distinguit; iungunt qui secundum Menandri exemplum legunt' *Don.* 49 si] nisi *A* (*corr. Iov.*) 50 PA. *om.* $AC^1P^1D^1$ *Don.* 51 -as . . -as *Serv. auct. in Aen.* i. 37 perficies *γ, schol. G*, L^2p^2 nav. *ω* (*praeter* C^1L^2), *Don.* 52 potueris Gp^1 nemo te E^1 56 PH. proin *C* (*man. post.*), *schol. P*, D^2GL^2pEv 57 PA. ere *ω* (*praeter* L^1) 58 potest *A* (*corr. Iov.*) 61 tu *om. E* 64 tute nunc *L* 66 sentiat *C* 68 -ssit *DL*

restinguet, et te ultro accusabit, et dabis
ultro supplicium. *PH.* ŏ ĭndignum facinu' ! nunc ego
et ĭllam scelestam esse et me miserum sentio :
et taedet et amore ardeo, et prudens sciens,
vivos vidensque pereo, nec quid agam scio.
PA. quid agas ? nisi ut te redimas captum quam queas
mĭnimo ; si nequeas paullulo, at quanti queas ;
et ne te adflictes. *PH.* itane suades ? *PA.* si sapis,
neque praeter quam quas ipse amor molestias
habet addas, et ĭllas quas habet recte feras.
sed ĕcca⟨m⟩ ipsa egreditur, nostri fundi calamitas ;
nam quod nos capere oportet haec intercipit.

ii THAIS PHAEDRIA PARMENO

TH. Miseram me, vereor nĕ ĭllud graviu' Phaedria
tulerit neve aliorsum atque ego feci acceperit,
quod heri intro missu' non est. *PH.* totus, Parmeno,
tremo horreoque, postquam aspexi hanc. *PA.* bono animo es :
accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.
TH. quis hĭc loquitur ? ehĕm tun hic eras, mi Phaedria ?
quid hĭc stabas ? quor non recta intro ibas ? *PA.* ceterum
de exclusione verbum nullum ? *TH.* quid taces ?
PH. sane quia vero haec mihi patent semper fores
aut quia sum apud te primu'. *TH.* missa istaec face.
PH. quid "missa" ? o Thais, Thais, utinam esset mihi
pars aequa amori' tecum ac pariter fieret,
ut aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet
aut ego ĭstuc abs te factum nihili penderem !
TH. ne crucia te obsecro, anime mi, ⟨mi⟩ Phaedria.

70 ei ul. Σ 71 et *in fine* 70 *collocand.*? 75 paulo *Iov.*, *schol. D, Priscian.* ii. 196 (*recte* ?) at] an *A* 87 recta *om. A* (*non Don.*) : -te C^1Pp^2, *schol. v* 88 nu. ve. *E* 89 hae Σ pateant *C* 93 haec p^1 94 nihil *A* (*corr. Iov.*) 95 mi mi *Don.* : mi ω

non pol quo quemquam plus amem aut plus diligam
eō feci; sed ita erat res, faciundum fuit.
PA. credo, ut fit, misera praĕ amore exclusti hunc foras.
TH. sicin agi', Parmeno? age; sed huc qua gratia
te accersi iussi, ausculta. *PH.* fiat. *TH.* dic mihi
hoc primum, potin est hic tacere? *PA.* egon? optume.
verum heus tu, hac lege tibi meam adstringo fidem:
quae vera audivi taceo et contineo optume;
sin falsum aut vanum aut finctumst, continuo palamst:
plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo.
proin tu, taceri si vis, vera dicito.
TH. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
PA. potest taceri hoc. *TH.* ibi tum matri parvolam
puellam dono quidam mercator dedit
ex Attica hinc abreptam. *PH.* civemne? *TH.* arbitror;
certum non scimu': matri' nomen et patris
dicebat ipsa: patriam et signa cetera
neque scibat neque per aetatem etiam potis erat.
mercator hoc addebat: e praedonibus,
unde emerat, se audisse abreptam e Sunio.
mater ubi accepit, coepit studiose omnia
docere, educere, ita ut⟨i⟩ si esset filia.
sororem plerique esse credebant meam.
ego cŭm ĭllo, quocum tum uno rĕm habebam hospite,
abii huc: qui mihi reliquit haec quae habeo omnia.
PA. utrumque hoc falsumst: effluet. *TH.* quĭ ĭstuc?
PA. quia

96 quod *p* 97 res er. *D* 98 -usit ω (*praeter* p^1), *Priscian.* ii. 50 hunc ex. δ 99 apage *Phillimore* (*cum* sed hŭc) 100 PH.] PA. p^1 101 pr. hoc *G* 102 abs. *Gv*ϵ 104 si *p* fictum Σ 105 perfl. *etiam Don. in Ad.* 283, *Gramm.* 106 -ri γDL^2 *Don.*: -re *cett.* 107 Sa. mi. *etiam Don. in Andr.* 469, *Ph.* 415 -itat P^1v 108 tum ibi Σ 110 hic G^2: hanc *L* PH. *CPGp*ϵ: PA. *cett.* 111 nescimus *v* 113 etiamtum D^2pE^2 *Bentley*: potuerat ω 115 sese *C* audivisse Σ (*praeter p*) 116 ubi ita acc. *A* (*corr. Iov.*) 117 educare ω 121 qui] quin *A* (*corr. Iov.*) rogas quia $C^2P^1D^2GLpE$ϵ

neque tu uno eras contenta neque solus dedit;
nam hic quoque bonam magnamque partem ad te attulit.
TH. itast; sed sine me pervenire quo volo.
interea miles qui me amare occeperat
in Cariamst profectu'; tĕ ĭnterea loci
cognovi. tute scis postilla quam intumum
habeam te et mea consilia ut tibi credam omnia.
PH. ne hoc quidĕm tacebit Parmeno. *PA.* oh dubiumne
id est?
TH. hoc agite, amabo. mater mea ĭllic mortuast
nuper; ĕiu' frater aliquantum ad remst avidior.
is ubi esse hanc forma videt honesta virginem
et fidibu' scire, pretium sperans ilico
producit, vendit. forte fortuna adfuit
hic meus amicus: emit ēam dono mihi
inprudens harum rerum ignaru'que omnium.
is venit: postquam sensit me tecum quoque
rĕm habere, fingit causas ne det sedulo:
aĭt, si fidem habeat se iri praepositum tibi
apud me, ac non id metuat, nĕ, ubi ăcceperim,
sese relinquam, velle sĕ ĭllam mihi dare;
verum id vereri. sed ego quantum suspicor,
ad virginem animum adiecit. *PH.* etiamne amplius?
TH. nil; nam quaesivi. nunc ego ēam, mi Phaedria,
multae sunt causae quam ob rem cupio abducere:
primum quod sorŏr est dicta; praeterea ut suis
restituam ac reddam. sola sum; habeo hic neminem
neque amicum neque cognatum: quam ob rem, Phaedria,
cupio aliquos parere amicos beneficio meo.

125 am. occ. qui me *v* 126 (*cf.* 255) ‘quaeritur quo accentu dici debeat int. lo.’ *Acron ap. Charis.* 201 129 PH. *om.* L^1: PA. *Fleckeisen* PA.] TH. *Fleckeisen* (*non Don.*) o AD^1Lp^1 132 esse *p*: *om. cett.* vidit *P* 134 pr. ac ven. *p* 137 posq. ε 139 eirei *A* (iri *Iov.*) 144 eam ego *DGL* 145 A^2E: -iam *cett., Priscian.* ii. 338 149 parare Σ (praeparare G^2L^2)

id amabo adiuta me, quo id fiat facilius:
sine ĭllum priores partis hosce aliquot dies
apud me habere. nil respondes? *PH.* pessuma,
egŏn quicquam cŭm ĭstis factis tibi respondeam?
PA. eu noster, laudo: tandem perdoluit: vir es.
PH. aut ego nescibam quorsum tu ires? "parvola
hinc est abrepta; eduxit mater pro sua;
sorŏr dictast; cupio abducere, ut reddam suis":
nempe omnia haec nunc verba huc redeunt denique:
ego ĕxcludor, ille—recipitur. qua gratia?
nisi si illum plus amăs quam me et istam nunc times
quae advectast nĕ ĭllum talem praeripiat tibi.
TH. ego[n] ĭd timeo? *PH.* quid te ergo aliud sollicitat? cedo.
num solus ille dona dat? nŭm ubi meam
benignitatem sensisti in te claudier?
nonne ubi mi dixti cupere te ex Aethiopia
ancillulam, relictis rebus omnibus
quaesivi? porro eunuchum dixti velle te,
quia solae utuntur îs reginae; repperi,
heri minas viginti pro ambobus dedi.
tamen contemptus abs te haec habui in memoria:
ob haec facta abs te spernor? *TH.* quid ĭstic, Phaedria?
quamquam illam cupio abducere atque hac re arbitror
id fieri posse maxume, verum tamen
potius quam te inimicum habeam, faciam ut iusseris.

150 id (*alt.*) *om.* A^1 (*non Don.*) fiat *om.* p^1 fac facilius *A* 152 n. mihi r. $D^2LpE\epsilon$ mihi *etiam Don.* (*sine* nil ?) 153 tibi *om. A* (*add. Iov.*) 155 at G^2 (*non Quintil.* ix. 2, 58) 157 est dicta Σ (*praeter p*) (*non Quintil.*): dicta (*cum* sorŏrst ?) *Don.* 160 si *om.* $ADGE\epsilon$ qu. me am. *Bentley* et illam ti. *schol. Bemb. ad* 231: *an* et istanc ti. ? 161 *Iov.* Σ: abductast A^1: add- A^2p, *schol. Bemb. ad* 231 eripiat *A* (*corr. man.* 2), G^2 162 ego *G ante corr.*: egon *cett.* 163 num] non *A* (*corr. Iov.*) AD^1GLp: nunc ubi CPD^2 ('aliter num ubi secundum Donatum'), $p^2E^1v\epsilon$ 164 *Ap Don.*: interclaudier γ: -clu- $DLGp^2$ (-di) 168 reg. his *E* 170 tandem *E* 174 faciam . . (176) habeam *om.* $G^1\epsilon^1$

PH. utinam istuc verbum ex animo ac vere diceres
"potius quam te inimicum habeam"! si istuc crederem
sincere dici, quidvis possem perpeti.
PA. labascit victus uno verbo quam cito!
TH. ego non ex animo misera dico? quam ioco
rem voluisti a me tandem, quin perfeceris?
ego impetrare nequeo hoc abs te, biduom
saltem ut concedas solum. *PH.* siquidem biduom:
verum ne fiant isti viginti dies.
TH. profecto non plus biduom aut . . *PH.* "aut" nil moror.
TH. non fiet: hoc modo sine te exorem. *PH.* scilicet
faciundumst quod vis. *TH.* merito tĕ amo, bene facis.
PH. rus ibo: ibi hoc me macerabo biduom.
ita facere certumst: mos gerundust Thaidi.
tu, Parmeno, huc fac ĭlli adducantur. *PA.* maxume.
PH. in hŏc biduom, Thais, vale. *TH.* mi Phaedria,
et tu. numquid vis aliud? *PH.* egone quid velim?
cum milite istoc praesens absens ut sies;
dies noctesque mĕ ames, me desideres,
me somnies, mĕ ĕxspectes, de me cogites,
me speres, me te oblectes, mecum tota sis:
meu' fac sis postremo animu' quando ego sum tuos.—
TH. me miseram, fors[it]an hic mihi parvam habeat fidem
atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.
ego pol, quae mihi sum conscia, hoc certo scio
neque me finxisse falsi quicquam neque meo
cordi esse quemquam cariorem hoc Phaedria.

177 sincerĕ (*adj.*) *Charis.* 81 (*cf.* 218) quodvis *p* 180 profeceris *p* 181 abs te hoc *E* 184 triduum *Priscian.* ii. 348 186 PH. be. fa. $C^2P^1DGLp^1Ev\epsilon$ 187 ibi me mac. hoc bid. *A* (*corr. Iov.* me hoc mac.) 188 *om. A* (*add. Iov.*) -dis *Gv* 190 bi. Th. *etiam Arusian.* 482 192 *p*: isto *cett.* sies mihi *p* 193 ames me $E\epsilon$ 196 faxis *A* ego *om.* G^1 197 parum $CD^1GL^1p^1$: *an* parvom (*Arch. lat. Lexikogr.* xiii. 133)? 200 me *om. v*

et quidquid huiu' feci causa virginis
feci; nam mĕ ĕiu' fratrem spero propemodum
iam repperisse, adulescentem adeo nobilem;
et is hodie venturum ad me constituit domum.
concedam hinc intro atque exspectabo dum venit.

ACTVS II

PHAEDRIA PARMENO i

PH. Fac, ita ŭt iussi, deducantur isti. *PA.* faciam. *PH.* at diligenter.
PA. fiet. *PH.* at mature. *PA.* fiet. *PH.* satine hoc mandatumst tibi? *PA.* ah
rogitare, quasi difficile sit!
utinam tam aliquid invenire facile possis, Phaedria,
quam hoc peribit. *PH.* ego quoque una pereo, quod mist carius;
nĕ ĭstuc tăm iniquo patiare animo. *PA.* minime: quĭ ĕffectum dabo.
sed numquid aliud imperas?
PH. munu' nostrum ornato verbis, quod poteris, et ĭstum aemulum,
quod poteris, ab ea pellito.
PA. memini, tam etsi nullu' moneas. *PH.* ego rus ibo atque ibi manebo.
PA. censeo. *PH.* sed heus tu. *PA.* quid vis? *PH.* censen posse me obfirmare et

202–3 *ita etiam Don. ad* 980: et q. feci, h. c. v. f. *p* 203 γ *Don. ad* 195: sp. fr. *cett.* (*recte?*) 205 ho. se vent. *p* 206 at. int. *L* venerit *G* 210 tam *om. A* (*add. Iov.*) 212 *A Don.* ('qui pronomen'): quin Σ 214 quod *etiam Acron ap. Charis.* 216; *Priscian.* ii. 336: quoad D^2p^2 *Don. ad* 471 (?) 215 quoad *Don. ad* 495 (?) (*non ad* 480) 216 aut mini C^1: au memini *P* ('vetustus me non habet'), *schol. C*, p^2Ev moneat p^2 217 me po. *LE* observare D^1

perpeti ne redeam interea? *PA.* tene? non hercle arbitror;
nam aut iam revortere aut mox noctu te adiget horsum insomnia.
PH. opu' faciam, ut defetiger usque, ingratiis ut dormiam.
PA. vigilabi' lassus: hoc plus facies. *PH.* abĭ, nil dicis, Parmeno.
eiciunda hercle haec est mollities animi; nimi' me indulgeo.
tandem non ego ĭllam caream, si sit opu', vel totum triduom? *PA.* hui
universum triduom? vidĕ quid agas. *PH.* stat sententia.—
PA. di boni, quid hŏc morbist? adeon homines inmutarier
ex amore ut non cognoscas e͡undem esse! hoc nemo fuit
minus ineptu', mage severu' quisquam nec mage continens.
sed quis hic est qui huc pergit? attat hi(c)quidem est parasitus Gnatho
militis: ducit secum una virginem dono huic. papae
facie honesta! mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo
cum me͡o decrepito hoc eunucho. haec superat ipsam Thaidem.

ii GNATHO PARMENO

GN. Dĭ ĭnmortales, homini homo quid praestat? stulto intellegens
quid ĭnter est? hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:
conveni hodie adveniens quendam me͡i loci hinc atque ordinis,

219 iam] mox *Charis.* 205 *Don.*: -gent *ω* 220 ut *om. L* 221 abi sis *A ante corr.* (sis *del.* *A*[1]): ah (hah, ha) *C*[1]*PDGLpEvε* 222 haec est her. *D*: her. est haec *v* me *Don.*: mihi *ω* 223 tamen *G*: *an* tamendem? non] num *p*[2] illa Σ (*praeter G*[1]) 228 quis est hic *L*: hic quis est *E* 229 s. unam *G*: una s. *p* do. h. *ex* h. do. *A* 230 ne *C*[1]*G*[1] ho. e. me t. *L* egomet *A* 231 hoc *om. D* 234 offendi *Nonius* 359 (*non Non.* 270) m. l. qu. *Non.* 270 (*non Non.* 359) hinc *om. Non.*

hominem haud inpurum, itidem patria qui abligurrierat bona:
video sentum squalidum aegrum, pannis annisque obsitum. “oh
quid ĭstuc” inquam “ornatist?” “quoniam misĕr quod habui perdidi, em
quo redactu' sum. omnes noti me atque amici deserunt.”
hic ego ĭllum contempsi prae me: “quid homo” inquam “ignavissime?
ităn parasti te ut spes nulla relicua in te siĕt tibi?
simŭl consilium cum rĕ ămisti? vidĕn me ex eodem ortum loco?
qui color nitor vestitu', quaĕ habitudost corporis!
omnia habeo neque quicquam habeo; nil quom est, nil defit tamen.”
“at ego infelix neque ridiculus esse neque plagas pati
possum.” “quid? tu his rebu' credi' fieri? tota erras via.
olim isti fŭit generi quondam quaestus apŭd saeclum prius:
hoc novomst aucupium; ego adeo hanc primus inveni viam.
est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt
nec sunt: hos consector; hisce ego non paro me ut rideant,
sed eis ultro adrideo et eorum ingenia admiror simul.
quidquid dicunt laudo; id rursum si negant, laudo id quoque;
negăt quis: nego; ait: aio; postremo imperavi egomet mihi
omnia adsentari. is quaestu' nunc est multo uberrimus.”
PA. scitum hercle hominem! hic homines prorsum ex stultis insanos facit.

236 sertum *Serv. in Aen.* iii. 594 oh *om. Iov.* Σ 237 inq. orn. *ex* orn. inq. *A* quom m. *L* : m. quo C^1 238 me (mei G^2L^2) no. δ *ps.- Acron in Hor. C.* i. 35, 26 inimici *schol. C,* $Gp^2E^1v\epsilon$ 239 prae me co. *DGL* (*non Don. in Ad.* 262; *Priscian.* ii. 49) quid ais ho. *Iov. p*; qu. agis ho. *DGL* : qu. ego ho. *E* 240 praepar. *G* sit *ex* esset *A* : sit *p* tibi *exp. G* 243 q. est] inest *Priscian.* i. 401 244 at] et *G* 247 et ego *G* 248 primo *A ante corr.* A^1 *transp.* se pr. es. o. : se pr. o. (*om.* esse) *Kauer* 253 esse *G* 254 prorsus p^2E fecit *D*

GN. dum haec loquimur, interealoci ad macellum ubi advenimus,
concurrunt laeti mi obviam cuppedenarii omnes,
cetarii lanii coqui fartores piscatores,
quibus et re salva et perdita profueram et prosum saepe:
salutant, ad cenam vocant, adventum gratulantur.
ille ubi miser famelicus vidĕt mi esse tantum honorem et
tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obsecrare
ut sibi liceret discere id de me: sectari iussi,
si potis est, tamquam philosophorum habĕnt disciplinae ex ipsis
vocabulā, parasiti ita ut Gnathonici vocentur.
PA. vidĕn otium et cibu' quid facīt alienu'? *GN.* sed ego cesso
ad Thaidem hanc deducere et rogare ad cenam ut veniat?
sed Parmenonem ante ostium Thaini' tristem video,
rivali' servom: salva res[es]t. nimirum hic homines frigent.
nebulonem hunc certumst ludere. *PA.* hisce hoc munere arbitrantur
suăm Thaidem esse. *GN.* plurima salute Parmenonem
summum suom inpertit Gnatho. quid agitur? *PA.* statur. *GN.* video.
num quid nam hic quod nolis vides? *PA.* te. *GN.* credo; at numquid aliud?
PA. qui dum? *GN.* quia tristi's. *PA.* nil quidem. *GN.* ne sis; sed quid videtur

255 intereáloci *Don.* ubi *om.* *E* adv. C^1 (*ex* conv.), P^1 (conv. *schol.*), *DGLvε*: conv. *E*: adventamus *Ap* 256 omnes *om.* *A* (*add. schol.*), *E* 257 *ita etiam Cic. Off.* i. 150 lani *testatur Eutyches* 451 pisc. aucupes (*gloss. ad* far. *in schol. Bemb.*) *Iov.* Σ *Probus* 26 258 prorsum *A* (*corr. Iov.*) 260 *A* (mihi): me e. tanto honore Σ (*recte*?): me e. in tanto honore *p*: me e. in tantum honorem *Iov.* 262 de me id *v* spectari *A* (*corr. Iov.*) 263 -inam *A* (*corr. Iov.*) 264 ita *A*: itidem Σ 265 facit *etiam Don.*: -iat $Ap\epsilon^2$ 267 *Don.*: Thaidis *ω* 268 hic ho. *A* (hic *superscr. man.* 2), *Servius* (*in Geo.* iv. 104, *Aen.* i. 436): ho. Σ 269 eludere Σ (*praeter* C^1p^1) -antur *ex* -entur *A* 272 hic *om.* *A* (*add. Iov.*) aut *L* 273 -tis es *ω*: *vel* -te's equidem *ALp*

hoc tibi mancupium? *PA.* non malum hercle. *GN.* uro hominem. *PA.* ut falsus animist!
GN. quăm hŏc munu' gratum Thaidi arbitrare esse? *PA.* hoc nunc dicis
eiectos hinc nos: omnium rerum, heus, vicissitudost.
GN. sex ego te totos, Parmeno, hos mensis quietum reddam
ne sursum deorsum cursites neve usque ad lucem vigiles.
ecquid beo te? *PA.* men? papae. *GN.* sic soleo amicos. *PA.* laudo.
GN. detineo te: fortasse tu profectus alio fueras.
PA. nusquam. *GN.* tum tu igitur paullulum da mi operae: fac ut ădmittar
ad ĭllam. *PA.* age modo, i: nunc tibi patent fores hae quia ĭstam ducis.
GN. numquem evocari hinc vis foras? *PA.* sine biduom hoc praetereat:
qui mihi nunc uno digitulo forĕs aperis fortunatus,
ne tŭ ĭstas faxo calcibus saepe insultabi' frustra.
GN. etiamnunc tu hic stas, Parmeno? eho numnam hic relictu's custos,
nequis forte internuntius clăm ă milite ad ĭstam curset?
PA. facete dictum: mira vero militi qui placeat?—
sed video erilem filium minorem huc advenire.
miror quid ĕx Piraeo abierit; nam ibi custos publice est nunc.

274 animo est (es *p*) Σ (*praeter* D^2 animi; *et superscr.* 'aliter animi pro animo secundum Donatum') (*non Arusian.* 475) 275 dices Σ (*praeter* p^1E) 277 men. hos *DGL* (*non Eugr. in Ad.* 396) 278 ad lu. us. γ 279 ecqui *L* me *A* (*corr. man.* 2) 281 paulum *A* 282 i *om.* Σ *an* haec (*cf. ad* 89)? 285 ut ne is. *G*: ut ne tu is. v^1 ins. *ex* incultabis *P*: insulta G^1: inculcabis *L*: insultatis v^1: inculabis ϵ^1 286 tu *Iov. p*: *om. cett.* numn. tu hic rel. *Iov.*: numn. tu rel. L^1 hic *om.* *LEε* 287 cursitet *Iov.* Σ 288 qui placeat *Don.* ('et est ironia. quid mirum est facete loqui eum qui militi placeat?'): qui placeant *A* (quae *man.* 2), C^1, P^1 (?): quae placeant *cett.*, *Serv. in Aen.* i. 669: *om.* D^1 289 videon Σ huc min. *A* adventare δ (p^2 -nire)

non temere est; et properans venit: nescioquid circumspectat.

iii CHAEREA PARMENO

CH. Occidi!
neque virgost usquam neque ego, qui illam e conspectu amisi meo.
ubi quaeram, ubi investigem, quem perconter, quăm ĭnsistam viam
incertu' sum. una haec spes est: ubi ubi est, diŭ celari non potest.
o faciem pulchram! deleo omnis de(h)inc ex animo mulieres:
taedet cotidianarum harum formarum. *PA.* ecce autem alterum!
nescioquid de amore loquitur: ŏ ĭnfortunatum senem!
hic vero est qui si occeperit,
ludum iocumque dices fŭisse illum alterum,
praeut huiu' rabies quae dabit.
CH. ut ĭllum di de͡aeque senium perdant qui me hodie remoratus est;
meque adeo qui e͡i restiterim; tum autem qui illum flocci fecerim.
sed ĕccum Parmenonem. salve. *PA.* quid tu's tristi'? quidve's alacris?

291 num t. e. quod pr. p^1 293 e] ex L^1: et G^1 294 aut quam ins. *L* qua ins. via p^2v *Don.* (*non Arusian.* 481) 297 ha. cotid. *A* (*transp. man.* 2) 298 am. hic lo. *p* o *om. P* 299 occ. amare Σ (*p* am. occ.) (*non Priscian.* ii. 50) 300 dices Σ *Priscian.*: dicet *A Don.* (*qui illud* hic *ad senem refert*), *Arusian.* 503 alt. ill. DG^1L ullum P^1, *schol. D*, p^2 302 *Iov. Don.*: *ex* seneum *effecit* -nem *A*: senem Σ pe. sen. *Iov.*: omnes pe. *E Priscian.*: sen. omn. pe. $CP^1v\epsilon$: omn. sen. pe. δ (*p* pe. *ante* omn. *eras.*) rem. hod. *L* 303 ei *om. Iov.* Σ qui non il. *schol. P, DGE*: qui il. non *schol. C*, L^2v: non *add. etiam* p^2 (*non Don.*) 304 tu es ω quidve es A^2: quidve (*om.* es) γ -cris ω, *testatur Romanus ap. Charis.* 114

unde is? *CH.* egone? nescio hercle,
neque unde eam neque quorsum eām: ita prorsu' sum oblitus mei.
PA. qui quaeso? *CH.* amo. *PA.* hem. *CH.* nunc, Parmenō, ostendes te qui vir sies.
scis te mihi saepe pollicitum esse "Chaerea, aliquid inveni
modo quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam",
quom in cellulam ad te patri' penum omnem congerebam clanculum.
PA. age, inepte. *CH.* hoc hercle factumst. fac sis nunc promissa adpareant,
sĭ adeo digna res[es]t ubi tu nervos intendas tuos.
haud simili' virgost virginum nostrarum, quas matres student
demissis umeris esse, vincto pectore, ut gracilae sient.
siquaest habitior paullo pugilem esse aiunt, deducunt cibum:
tam etsi bonast natura, reddunt curatura iunceas:
itaque ergo amantur. *PA.* quid tua istaec? *CH.* nova figura oris. *PA.* papae.
CH. colŏr veru', corpu' solidum et suci plenum. *PA.* anni? *CH.* anni? sedecim.

305 ego Σ 305–6 *unus versus in ALϵ* 306 sum *om.* A^1 (*add. man.* 2 *inter* obl. *et* mei) 307 'hem, si cum aspiratione Parmeno; em, si leniter Chaerea' *Don.* n. te Pa. te ost. *A* (*prius* te *exp. man.* 1): n. te Pa. ost. *D*: Pa. n. te ost. *E*: n. Pa. tu ost. *v*: n. Pa. tu te ost. *Kauer* -nde p^2 309 quid p^1 util. in ea re *p*: in hac re util. *v* 310 omne $P^2\delta E$: 'et omne et omnem legitur' *Don.* 311 faxis *A* (*corr. Iov.*) 312 'vel Chaereae vel Parmenonis' *Don.* si *etiam Don.*, *Serv. auct. in Aen.* i. 567: sive *Don.*: 'in quibusdam omnino non legitur' *Don.* (*troch. septenar.*?) -dis DL^1E: extendas *A* 314 corpore *DEϵ* -lae *Don.*, *Eugr.*, *Gramm.*: -les ω 315 siquae est *A*: siqua est Σ -lior *gl. II*: -tior *ex* -lior *A*: -tior *approbat*, -lior *improbat Don.* did- Ap^2E, *schol. v* 316 tamen etsi $p^2Ev\epsilon^1$ est bona δ -eas Σ *Don. in Andr.* 941, *Nonius* 493: -eam *A Eugr. in Andr.* 491 (?) 318 PA. quot sunt an. *D*

PA. flos ipsĕ. *CH.* *ipsam* hanc tu mihi vel vi vel clam vel precario
fac tradas: meă nil refert dum potiar modo.
PA. quid? virgo quoiast? *CH.* nescio hercle. *PA.* undest? *CH.* tantundem. *PA.* ubi habitat?
CH. nĕ ĭd quidem. *PA.* ubi vidisti? *CH.* in via. *PA.* qua ratione eăm amisti?

CH. id equidem adveniens mecum stomachabar modo,
nec quemquam ego esse hominem arbitror quoi mage bonae
felicitates omnes advorsae sient.
quid hoc est sceleri'? perii. *PA.* quid factumst? *CH.* rogas?
patris cognatum atque aequalem Archidemidem
nostin? *PA.* quidnī? *CH.* is, dum hanc sequor, fit mi obviam.
PA. incommode hercle. *CH.* immo enĭmvero infeliciter;
nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.
illum liquet mihi deierare his mensibus
sex septem prorsum non vidisse proxumis,
nisi nunc quom minime vellem minimeque opu' fuit.
eho nonne hoc monstri similest? quid ais? *PA.* maxume.
CH. continuo occurrit ad me, quam longe quidem,
incurvo' tremulu' labiis demissis gemens:
"heus heus tibi dico, Chaerea" inquit. restiti.
"scin quid ego te volebam?" "dic." "cras est mihi

319 ipse *ex* ipsum (*quod tuetur Havet Rev. Phil.* xxx. 251) *A*: ipsus *edd.*: ipse *etiam Probus* 213 ipsam *add. Fleckeisen* seu . . seu . . seu *Priscian.* ii. 68 320 fac ut tr. *Iov.* 322 eam *superscr. post* am. *E*: *om. cett.*: *an* q. e. r.? -sisti *AL* (*non Don.*) 323 quidem $D^1\epsilon$ 324 neque Σ (*praeter p*) ego qu. ho. es. *CPv*: qu. es. ego ho. *DGL*: ego *om.* *Eε* (ho. es.) 326 PA. qu. h. e. sc. CH. pe. Σ (*non Don.*) quidnam h. *Phillimore* (*Class. Rev.* xxxiv. 102) sc. est *γ* 328 novistin *A* (*non Nonius* 235): nostine *Bentley* 331 *vel* mi 332 sex vel sept. *L* 333 cum min. nunc *v* fu. op. *v* 335 A^2 (*ex* acc-): acc- Σ 336 labris *A* (*corr. man.* 2) 337 resiste *G*

iudicium." "quid tum?" "ut diligenter nunties
patri, advocatu' mane mi esse ut meminerit."
dum haec dicit abiit hora. rogŏ numquid velit.
"recte" inquit. abeo. quom huc respicio ad virginem,
illa sĕ[se] interea commodum huc advorterat
in hănc nostram plateam. *PA.* mirum nĭ hănc dicit, modo
huic quae datast dono. *CH.* huc quom advenio nulla erat.
PA. comites secuti scilicet sunt virginem?
CH. verum: parasitu' cŭm ăncilla. *PA.* ipsast: ilicet.
desine; iam conclamatumst. *CH.* alias res agis.
PA. istuc ago equidem. *CH.* nostin quae sit, dic mihi, aut
vidistin? *PA.* vidi novi sciŏ quŏ ăbducta sit.
CH. eho Parmeno mi, nostin? [*PA.* novi. *CH.*] et scis ubi siet?

PA. huc deductast ad meretricem Thaidem: ei dono datast.
CH. quis is est tam potens cum tanto munere hoc? *PA.* miles Thraso,
Phaedriae rivali'. *CH.* duras fratri' partis praedicas.
PA. immo enĭm si scias quod donum huic dono contra conparet,
[tum] magis id dicas. *CH.* quodnam quaeso hercle? *PA.* eunuchum. *CH.* illumne obsecro
inhonestum hominem, quem mercatus est heri, senĕm mulierem?
PA. istunc ipsum. *CH.* homŏ quatietur certe cum dono foras.

341 di.] loquitur γ, *schol. D*, Gp^2: loquit ε 343 illam ε: *an* ea? -rit *G* 345 cum huc δ 347 Ap^1 *Eugr.*: scilicet Σ 349 eq. ago Σ (*praeter* p^1) 351 eho *ex* o A^2 ubi sit *A*: *an* ubist? 352 ei] et *A* 353 is *om. A* hoc *om. v* 354 pa. fr. γ 355 enim *om. A* co. dono *DGL* 356 *an* mage? PA. *om. A* (*add. Iov.*) illum C^1PD^1v 357 quem *om. A* (*add. Iov.*) 358 is. ip.] nimirum *Nonius* 272 qu. ho. *A* (*non Nonius*)

sed ĭstam Thaidem non scivi nobis vicinam. *PA.* haud diust.
CH. perii, numquamne etiam me illam vidisse! eho dum dic mihi:
estne, ut fertur, forma? *PA.* sane. *CH.* at nil ad nostram hanc? *PA.* alia rest.
CH. obsecro hercle, Parmeno, fac ŭt potiar. *PA.* faciam sedulo ac
dabo operam, adiuvabo: numquid me aliud? *CH.* quo nunc is? *PA.* domum,
ut mancupia haec, ita ut⟨i⟩ iussit frater, ducam ad Thaidem.
CH. o fortunatum istum eunuchum quiquidem in hanc detur domum!
PA. quid ita? *CH.* rogitas? summa forma semper conservam domi

videbit conloquetur aderit una in unis aedibus,
cibum non numquam capiet cŭm ea, interdum propter dormiet.
PA. quid si nunc tute fortunatu' fias? *CH.* qua re, Parmeno?
responde. *PA.* capias tŭ ĭlli(u)s vestem. *CH.* vestem? quid tum postea?
PA. prŏ ĭllo te ducām. *CH.* audio. *PA.* tĕ ĕsse illum dicam. *CH.* intellego.
PA. tŭ ĭllis fruare commodis quibu' tu illum dicebas modo:
cibum una capias, adsis tangas ludas propter dormias;
quandoquidem illarum neque te quisquam novit neque scit qui sies.

360 vid. il. *E* 361 res est Σ: res *A* 362 Parm. *om.* ϵ ut *del. Dziatzko* ac *del. edd.* 363 me vis al. *Iov.* (*ex* me al.), ϵ^1: vis me al. *p*: vis al. *E* 363–4 quid n. is do. PA. ut ma. *DGLp²Ev* 364 deducam *A* (*ex* du.), *DGp*: deducantur *L* CH. quo PA. ad *D²v* 368 umq. *A* (*corr. Iov.*) int. *om. E* 369 Parm. haec *E* 370 tu *om. A* (*add. Iov.*) 371 du. *ADGLEv*ϵ: dedu. *cett.* *A*: il. es. di. Σ: il. di. es. *v* 372 illius *A* (*corr. Iov.*), *E*

praeterea forma et aetas ipsast facile ut prŏ eŭnucho probes.
CH. dixti pulchre : numquam vidi meliu' consilium dari.
age eamus intro nunciam : orna me abduc duc quantum potest.
PA. quid agi'? iocabar equidem. *CH.* garris. *PA.* perii, quid ego egi miser !
quo trudi'? perculeris iam tu me. tibi equidem dico, mane.
CH. eamu'. *PA.* pergin? *CH.* certumst. *PA.* vidĕ ne nimium calidum hoc sit modo.
CH. non est profecto : sine. *PA.* at enim istaec in me cudetur faba. *CH.* ah.
PA. flagitium facimus. *CH.* an ĭd flagitiumst si in domum meretriciam
deducar et ĭllis crucibu', quae nos nostramque adulescentiam
habĕnt despicatam et quae nos semper omnibus cruciant modis,
nunc referam gratiam atque eas itidem fallam, ut ab ĭs fallimur?
an potius haec patri aequomst fieri ut a me ludatur dolis?
quod qui rescierint, culpent; illud merito factum omnes putent.
PA. quid ĭstic? si certumst facere, facias; verum ne post conferas
culpam in me. *CH.* non faciam. *PA.* iubesne? *CH.* iubeam? cogo atque impero :
numquam defugiam auctoritatem. sequere. *PA.* di vortant bene !

377 quanto *A* potes Σ (*praeter* $p^1\epsilon^1$) 378 ais *A* (*corr. Iov.*), *p* 380 *Don.*, *schol. Bemb.* : call- ω (*praeter* v^1 calide) 381 CH. (*alt.*) *om.* *CPLpvε* : *eras. G* 382 PA. *om. CPLpvε* : *eras. G* 384 despectam *A*, *schol. D* (*non Don.*) cr. omn. mo. *DL* : omn. mo. G^1 385 CPD^1GLp^1v (*vel* his) : ab illis *cett.* 386 patri *etiam Don.*, *Eugr.* : pati *ex* patri GLp^1E, *schol. v* -antur *ex* -atur *PG* 387 fa. me. δ pu. omn. *v* 388 *Iov.* Σ *Don.* : faciam *A* 389 Ap^1 : iubeo co. *Nonius* 264 : iubeo immo co. Σ 390 PA. numq. . . seq. CH. di ω -gio *A* (*corr. man.* 2)

ACTVS III

i THRASO GNATHO PARMENO

TH. Magnas vero agere gratias Thais mihi?
GN. ingentis. *TH.* âin tu, laetast? *GN.* non tăm ĭpso quidem
dono quăm ăbs te datum esse: id vero serio
triumphat. *PA.* hoc proviso ut, ubi tempus siet,
deducam. sed ĕccum militem. *TH.* est istuc datum
profecto ut grata mihi sint quae facio omnia.
GN. advorti hercle animum. *TH.* vel rex semper maxumas
mihi agebat quidquid feceram: aliis non item.
GN. labore alieno magno partam gloriam
verbis saepe in se transmovet quĭ habet salem;
quod ĭn test. *TH.* habes. *GN.* rex te ergo in oculis . . *TH.* scilicet.
GN. gestare. *TH.* vero: credere omnem exercitum,
consilia. *GN.* mirum. *TH.* tum sicubi eum satietas
hominum aut negoti siquando odium ceperat,
requiescere ubi volebat, quasi . . nostin? *GN.* scio:
quasi ubi ĭllam exspueret miseriam ex animo. *TH.* tenes.
tum me convivam solum abducebat sibi. *GN.* hui
regem elegantem narras. *TH.* immo sic homost:
perpaucorum hominŭm. *GN.* immo nullorum arbitror,

391 gr. ag. $L\epsilon^2$ 394 hoc A^1 : huc $A^2\Sigma$ fiet D^1Gv : fiat *E* 395 est] et *L* 397 adverto *G* 397-8 ma. gratias mi. ag. *A* : ma. mi. gr. ag. *Priscian.* 398 agere *Priscian.* ii. 115 (*non* 98) ita *schol. P*, G^2p^2 : idem *schol. v* 399 magnam Σ (*praeter* p^1) (*non Nonius* 223; 318) 400 verbo is *Phillimore* (*Class. Quart* xvi. 173) salis *Explan. in Don.* 542 401 quid *ex* quod *A* : qui *ex* quod CPv^1 : quod *ex* qui *D* : qui *G Consent.* 348 402 gestire $C^2P^2DGLp^2E$, *schol. v*, ε verum Σ (*praeter* p^1) · vere *Don.* (?) ex. et D^2Ev, *schol.* ε 403 satias $C^2p^2E^2\epsilon^1$ 406 ubi *om. G* il. *om. v* exp. *E Don.* 407 so. *om.* $C\epsilon^1$ add. *DLE*ε 409 p. h. *etiam Charis.* 218 immo *om. E*

si tecum vivit. *TH.* invidere omnes mihi,
mordere clanculum: ego non flocci pendere:
illi invidere misere; verum unus tamen
inpense, elephantis quem Indicis praefecerat.
is ubi molestu' magis est, "quaeso" inquam "Strato,
eŏn es ferox quia habes imperium in beluas?"
GN. pulchre mehercle dictum et sapienter. papae
iugularas hominem. quid ĭlle? *TH.* mutus ilico.
GN. quidni esset? *PA.* di vostram fidem, hominem perditum
miserumque et illum sacrilegum! *TH.* quid ĭllud, Gnatho,
quo pacto Rhodium tetigerim in convivio,
numquam tibi dixi? *GN.* numquam; sed narra obsecro.
(plus miliens audivi.) *TH.* una in convivio
erat hic, quem dico, Rhodius adulescentulus.
forte habui scortum: coepit ad id adludere
et me inridere. "quid ais" inquam homini "inpudens?
lepu' tute's, pulpamentum quaeris?" *GN.* hahahae.
TH. quid est? *GN.* facete lepide laute nil supra.
tuŏmne, obsecro te, hoc dictum erat? vetu' credidi.
TH. audieras? *GN.* saepe, et fertur in primis. *TH.* meumst.
GN. dolĕt dictum inprudenti adulescenti et libero.
PA. at te di perdant! *GN.* quid ĭlle quaeso? *TH.* perditus:
risu omnes qui aderant emoriri. denique
metuebant omnes iam mē. *GN.* haud iniuria.
TH. sed heus tu, purgon ego me dĕ ĭstac Thaidi,

411 non *om.* $C^2P^2DGL^2p^2Ev\epsilon$ 414 *om.* C^1 416 hercle G^2: hercule *Iov.* $C^1P^1D^2pv\epsilon$ 421 di. ti. *C* 422 iam aud. Σ (*non Explan. in Don.* 558) 424 habuit G^1E^1 adlu. *etiam Gramm.*: illu. *E*: lu. $CPDGv\epsilon$ 425 agis $LE\epsilon$ *A*: homo *Iov.* Σ ho. inq. γ 426 tutes *ex* tute es *A* et pulp. Σ *Don. in* 433 427 lau. lep. γ*p* (*non Don.*) 428 te *del.* $A^2G^2E^2$ 430 GN. *om.* Σ (*praeter L*) (*non Don.*) impu. p^1 433 haut *A*: non *Iov.* Σ (*cf.* 494) 434 -gen *schol. P, schol. D,* L^2p^2Ev: -gabon G^2 me ego *L* ista D^1GL

quod eam me amare suspicatast? *GN.* nil minus.
immo auge mage suspicionem. *TH.* quor? *GN.* rogas?
scin, si quando illa mentionem Phaedriae
facit aut si laudat, te ut male urat? *TH.* sentio.
GN. id ut ne fiat haec res solast remedio:
ubi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
continuo; siquando illa dicet "Phaedriam
intro mittamu' comissatum," Pamphilam
cantatum provocemu'; si laudabit haec
illiu' formam, tŭ hŭiu' contra. denique
par pro pari referto quod eam mordeat.
TH. siquidem me amaret, tŭm ĭstuc prodesset, Gnatho.
GN. quando illud quod tu das exspectat atque amat,
iamdudum tĕ amat, iamdudum illi facile fit
quod doleat; metuit semper quem ipsa nunc capit
fructum nequando iratu' tu alio conferas.
TH. bene dixti, ac mihi ĭstuc non in mentem venerat.
GN. ridiculum; non enĭm cogitaras. ceterum
idem hŏc tute meliu' quanto invenisses, Thraso!

ii THAIS THRASO GNATHO PARMENO PYTHIAS

TH. Audire vocem visa sum modo militis.
atque eccum. salve, mi Thraso. *THR.* o Thais mea,
meūm savium, quid agitur? ecquid nos amas
de fidicina istac? *PA.* quam venuste! quod dedit
principium adveniens! *TH.* plurimum merito tuo.
GN. eamus ergo ad cenam. quid stas? *PA.* em alterum:

435 am.] habere *G* -catur *Iov.* D^1 (?), *GLp* 437 si *acui significat Don.* Ph. men. *p* 440 *om.* C^1P^1 441 dicit $Av^1\epsilon$ 442 tu Pam. *Ap* 443 si it *A* (*corr. Iov.*) 445 par pari *Iov.*, δ *Don. ad* 449, *Serv. ad Aen.* i. 261 448 iamd. te illi *A* (*non Serv. ad Aen.* iv. 1) fit] est *G* 449 -uet $CPDLp^1Ev$: -uat Gp^2F 450 tu ir. *DGL* tute al. A^2 451 at $\delta EFv\epsilon$ 453 qu. mel. *p* 454 vi. sum vo. *DGL* (*non Don. ad* 395; *Ad.* 210) 457 hac *L* 459 GN. *om. A* (*add. Iov.*): THR. *schol. v*

ex homine hunc natum dicas? *TH.* ubi vis, non moror.
PA. adibo atque adsimulabo quasi nunc exeam.
ituran, Thais, quopiam es? *TH.* ehĕm Parmeno:
bene fecisti; hodie itura . . *PA.* quo? *TH.* quid, hŭnc non vides?
PA. video et me taedet. ubi vis, dona adsunt tibi
a Phaedria. *THR.* quid stamu'? quor non imus hinc?
PA. quaeso hercle ut liceat, pace quod fiat tua,
dare huic quae volumu', convenire et conloqui.
THR. perpulchra credo dona aut nostri similia.
PA. res indicabit. heus iubete istos foras
exire, quos iussi, ocius. procede tu huc:
ex Aethiopiast usque haec. *THR.* hic sunt tres minae.
GN. vix. *PA.* ubi tu es, Dore? accede huc. em eunuchum tibi,
quam liberali facie, quam aetate integra!
TH. ita me dĭ ament, honestust. *PA.* quid tŭ ais, Gnatho?
numquid habes quod contemnas? quid tu autem, Thraso?
tacent: sati' laudant. fac periclum in litteris,
fac in palaestra, in musicis: quae liberum
scire aequomst adulescentem, sollertem dabo.
THR. ego illum eunuchum, si opu' siet, vel sobrius . .
PA. atque haec qui misit non sibi soli postulat
te vivere et suă causa excludi ceteros,
neque pugnas narrat neque cicatrices suas
ostentat neque tibi obstat, quod quidam facit;
verum ubi molestum non erit, ubi tu voles,
ubi tempu' tibi erit, sat habet si tum recipitur.

460 credas *glossar.* '*Abstr.*' non *etiam Don.*: num CPE^1F^1: nam G^2 462 est $CP^1p^2E^1F^1$ hem (em) Σ (*praeter p*) 463 bene pol fe. Σ *vel post* ho. *distingue* 464 ti. ad. *DGL* 465 a *superscr.* A^1: *om. D* 467 et *om. v* 468 nostris $\gamma D^2G^2Lp^2$ *Priscian.* ii. 34; 115 469 -eto *E* 469–70 ex. fo. *DGL* 474 TH. *om.* A^1 est *om.* CPF^1v^1 agis DG^1v 479 TH. ego $CP^2GL^2pEF^2$, *schol. v* *an* e. ĭllunc? sobrium *schol. D, L* 480 expost. *E* 483 fecit *v* 484 -stus *Iov.* 485 tibi *om.* D^1GL

THR. adparet servom hunc esse domini pauperis
miserique. *GN.* nam hercle nemo posset, sat scio,
quĭ haberet qui pararet alium, hunc perpeti.
PA. tacĕ tu, quem te ego ĕsse infra infimos omnis puto
homines; nam qui huic animum adsentari induxeris,
e flamma petere te cibum posse arbitror.
THR. iamne imus? *TH.* hos prius intro ducam et quae volo
simul imperabo: poste continuo exeo.
THR. ego hĭnc abeo: tŭ ĭstanc opperire. *PA.* haud convenit
una ire cŭm amica imperatorem in via.
THR. quid tibi ego multa dicam? domini similis es.
GN. hahahae. *THR.* quid rides? *GN.* istuc quod dixti modo;
et ĭllud de Rhodio dictum quom in mentem venit.
sed Thais exit. *THR.* abĭ prae, curre, ut sint domi
parata. *GN.* fiat. — *TH.* diligenter, Pythias,
fac cures, si Chremes hoc forte advenerit,
ut ores primum ut maneat; si id non commodumst,
ut redeat; si id non poterit, ad me adducito.
PY. ita faciam. *TH.* quid? quid aliud volui dicere?
ehĕm curate istam diligenter virginem:
domi ădsiti' facite. *THR.* eamu'. *TH.* vos me sequimini.

iii CHREMES PYTHIAS

CH. Profecto quanto mage magisque cogito,
nimirum dabit haec Thai' mihi magnum malum:

486 h. e. s. *E* 487 namque h. n. possit *A* 489 quem te ego *A*: ego te p^1 *Priscian.* ii. 44; *Rhetor. Schem. Dian.* 74: ego D^1L: qu. ego *cett.* 490 ads. huic an. δ: huic ads. an. ηε 491 te pe. ci. *A*: te ci. pe. γ ar. po. *E* 493 poste *gl. I* post co. *A*: postea co. γ*L*: postea huc co. *schol. D*: post huc co. *cett.* *vide Don. ad loc.* 494 istam γ, *schol. D* *A*: non Σ 495 viam *A* 496 mu.] plura *Priscian.* ii. 220 (*non* ii. 332) si. *etiam Priscian.*: si. *ex* simia *G* 498 qu. *om.* γ*Gp* 499 THR. *om.* Gp^2 cura *Paumier* 500 fiat *etiam Don.* 501 fac ut cu. $D^2LEF^2\eta^2$ fo. huc Ch. δη 503 -ris *A* (*corr. man.* 2) dedu. DGL^1p^2: *an* du.? 508 haec *om.* EF^1v (*non Don.*)

ita me ab ea astute video labĕfactarier,
iam tum quom primum iussit me ad se accersier.
roget quis "quid [rei] tibi cum illa?" ne noram quidem.
ubi veni, causam ut ibi manerem repperit:
âit rem divinam fecisse [se] et rem seriam
velle agere mecum. iam tŭm erat suspicio
dolo malo haec fieri omnia. ipsa accumbere
mecum, mihi sese dare, sermonem quaerere.
ubi friget, huc evasit, quam pridem pater
mihi ĕt mater mortui essent. dico, iamdiu.
rus Sunii ecquod habeam et quam longe a mari.
credo eî placere hoc: sperat se a me avellere.
postremo, ecqua inde parva periisset soror;
ecquis cŭm ea una; quid habuisset quom perit;
ecquis eam posset noscere. haec quor quaeritet?
nisi si illa forte quae olim periit parvola
sorŏr, hanc sĕ ĭntendit esse, ut est audacia.
verum ea si vivit annos natast sedecim,
non maior: Thai' quăm ego sum maiusculast.
misit porro orare ut venirem serio.
aut dicat quid volt aut molesta ne siet:
non hercle veniam tertio. heus heus, ecquis hic?
ego sum Chremes. *PY.* o capitulum lepidissimum!
CH. dico ego mi insidias fieri? *PY.* Thais maxumo
te orabat opere ut cras redires. *CH.* rus eo.

509 me vid. ab ea ast. *A*: me ab ea vid. ast. *pη* 510 sese Σ 511 si ro. quis *P* rei *om.* Σ *Ap*: ea Σ 512 ut ubi P^1ε 513 se *om. A* 515 omn. et ip. D^1GL 519 suni *A* (*corr. Iov.*) haberem *A* (*corr. Iov.*), δ (p^2 'vel habeam') 520 ei *om. A* (*add. man.* 2) sp. posse se P^2: sp. se posse δη: sp. se *etiam Arusian.* 453 521 in die $D^1G^1Lp^2E$, *schol. v*, *schol.* η, ε 522 conperit *A* 524 si *om.* $CP^2D^1GLp^1\eta^1$ 525 hac *A* (*corr. Iov.*) esse] esset *A* (*corr. Iov.*) 526 eam *A* (*corr. Iov.*): *om. G* natu *DGL*, *schol.* η 528 *om. A* (*add. Iov.*) 'utrum ut serio venirem an orare serio?' *Don.* 529 quod *A* 530 h. h. PY. e. h. *schol. C*, *P*, *schol. D*, $LpEF^2v\eta\epsilon$ *A*: e. h. est A^2, *schol. C*, *DGpvηε*: ecquid h. est C^1P: et quis h. est *E*: et quis est hic *F*: ecquis hic quis hic est *L*: *an* ecquis hicst? 531 CH. ego $C^2P^1D^1G^2LpEF^2v\eta$ 532 ins. mihi *DGL*

PY. fac amabo. *CH.* non possum, inquam. *PY.* at tu apŭd nos hic mane
dum redeat ipsa. *CH.* nil minus. *PY.* quor, mi Chremes?
CH. malam rem hinc ibi'? *PY.* si istuc ita certumst tibi,
amabo ut illuc transeas ubi ĭllast. *CH.* eo.
PY. abĭ, Dorias, cito hunc deduce ad militem.

iv ANTIPHO

AN. Heri aliquot adulescentuli coiimus in Piraeo
in hunc diem, ut de symbolis essemu'. Chaeream eî reî
praefecimus; dati anuli; locu' tempu' constitutumst.
praeteriit tempu': quo in loco dictumst parati nil est;
homo ipse nusquamst neque scio quid dicam aut quid coniectem.
nunc mi hoc negoti ceteri dedere ut illum quaeram
idque adeo visam si domist. quisnam hinc ab Thaide exit?
is est an non est? ipsus est. quid hŏc hominist? quĭ hic ornatust?
quid ĭllud malist? nequeo satis mirari neque conicere;
nisi, quidquid est, procul hinc lubet priu' quid sit sciscitari.

v CHAEREA ANTIPHO

CH. Numquis hic est? nemost. numquis hinc me sequitur? nemo homost.
iamne erumpere hoc licet mi gaudium? pro Iuppiter,

534 hic *om. v* 535 nihil *ex* nihilo *A* 536 mal. in rem $\delta F v$ (*non Don.*) tibi *om. A* (*add. man.* 2) 537 ut et illuc $E F^2 \epsilon$ 538 cito *om.* v^1 deduc Σ 539 -aeum *Cic. Att.* vii. 3, 10 (*non Don.*) 540 ei rei *om. A* (*add. man.* 2) 542 quod in $F^2 \eta^2 \epsilon^1$ dictum pa. $C^1 P F^1 v$ 544 *cf. ad Andr.* 148 545 i. a. *A*: ibo ad eum Σ sed quisnam Σ: qu. *ex* quidnam *A* a Th. *Iov.* Σ 546 quid] qui *A* (*corr. man.* 2) hoc *om. P* -nis *A*: -nis est Σ qui] quid $C D^2 E$, *schol. v*, $\eta^2 \epsilon^1$ ornati *schol. v* est *om. E* 547 neque sa. *DG* nequeo co. *A* (*corr. Iov.*), *D* (nec queo). *G* 548 auscultare $D^1 G^1$ 549 nemo *A* (est *add. man.* 2) hic *Iov. E Charis.* 97

nunc est profecto interfici quom perpeti me possum,
ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine aliqua.
sed neminemne curiosum intervenire nunc mihi
qui me sequatur quoquo eam, rogitando obtundat enicet
quid gestiam aut quid laetu' sim, quo pergam, unde emergam, ubi siem
vestitum hunc nanctu', quid mi quaeram, sanu' sim anne insaniam!
AN. adibo atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo.
Chaerea, quid ĕst quod sic gestis? quid sibi hic vestitu' quaerit?
quid ĕst quod laetus es? quid tibi vis? satine sanu's? quid me adspectas?
quid taces? *CH.* o festu' dies hominis! amice, salve:
nemost hominum quem ego nunc magis cuperem videre quam te.
AN. narra istuc quaeso quid sit. *CH.* immo ego te obsecro hercle ut audias.
nostin hanc quăm amat frater? *AN.* novi: nempe, opinor, Thaidem.
CH. istam ipsam. *AN.* sic commemineram. *CH.* quaedam hodie est eī dono data
virgo: quid ego ĕiu' tibi nunc faciem praedicem aut laudem, Antipho,
quom ipsum me noris quam elegans formarum spectator siem?

551 possim D^2 553 neminem hic *Iov.* (?), C^2P^1 (?), $DGLp^2Fv\eta\epsilon$ (*non Eugr. in Andr.* 962) 554 quoque eam C^1P^1: quique iam $C^2P^2D^2GL^2pEFv\eta$ 555 l. sum $P^1\eta^1$ 556 sanusne *L* sum *DG* 558 sic *om. G* ge. aut quid Σ *Nonius* 32: ge. quidve *A* (*corr. Iov.*) 559 quod *om. A* (*add. man.* 2) es *schol. in DGEv*η: sis ω 560 ho. *etiam Don.* ('pro homo festi diei') *an* q. t. o festu' ⟨festu'⟩ dīēs hominīs—a. s. (*troch. octonar.*)? ho. ⟨Antipho, mi⟩ am. *Kauer* (*om.* o) 561 A^2 (ho. *om.* A^1): ne. est omnium Σ nunciam *A* (*corr. Iov.*) 562 obs. te *L* 563 ne. ut op. $DGLp^2$ (*non Don.*) 564 ho. qu. Σ 565 ego *om.* γ (*non Don.*) 566 me ipsum γ *Don. in* 296 (?): -us me *Dziatzko*

in hac commotu' sum. *AN.* âin tu? *CH.* primam dices, sciŏ, si videris.
quid multa verba? amare coepi. forte fortuna domi
erăt quidam eunuchu' quem mercatu' fuerat frater Thaidi,
neque is deductus etiamdum ad eam. submonuit me Parmeno
ibi servo' quod ego arripui. *AN.* quid id est? *CH.* tacitu' citius audies:
ut vestem cŭm ĭllo mutem et pro illo iubeam mĕ illoc ducier.
AN. pro eunuchon? *CH.* sic est. *AN.* quid ĕx ea re tandem ut caperes commodi?
CH. rogas? viderem audirem essem una quacum cupiebam, Antipho.
num parva causa aut prava ratiost? traditus sum mulieri.
illa ilico ubi me accepit, laeta vero ad se abducit domum;
commendat virginem. *AN.* quoi? tibine? *CH.* mihi. *AN.* satis tuto tamen?
CH. edicit ne vir quisquam ad eam adeat et mihi ne abscedam imperat;
in interiore parti ut maneam solu' cum sola. adnuo
terram intuens modeste. *AN.* miser. *CH.* "ego" inquit "ad cenam hinc eo."
abducit secum ancillas: paucae quae circum illam essent manent
noviciae puellae. continuo haec adornant ut lavet.
adhortor properent. dum adparatur, virgo in conclavi sedet
suspectans tabulam quandam pictam: ibi inerat pictura haec, Iovem

569 fr. fu. Σ 570 *A gl. I*: etiamnunc *Iov.*: etiam tum Σ (*G* et. non tunc) eamst *ex* eam *A*: eam erat *DGLE*: eam *Iov.* *cett.* 571 ta. sis ci. p^2 (*et fort. Iov.*) 572 cum eo *A* me iub. *G* illoc *om. A*: illic C^1P: illuc *G* deducier Σ 573 tantum DL^1p^2 ut *om. G* 575 *Paumier*: parva rat. ω 576 ad se *om. G* 577 tibimet *G* 579 -orem partem *A* (*corr. man.* 2): -ore parte Σ (-ori p. P^2) 581 circa *GLpE* 582 no. et pu. *A* (*non Don.*) hae *Iov.* Σ 583 se. *om. GE* 584 ubi $PG^2E v \eta$

quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
egomet quoque id spectare coepi, et quia consimilem luserat
iam olim ille ludum, inpendio magis animu' gaudebat mihi,
deŭm sese in hominem convortisse atque in alienas tegulas
venisse clanculum per ĭnpluvium fucum factum mulieri.
at quem deum ! "qui templa caeli summa sonitu concutit."
ego homuncio hoc non facerĕm ? ego ĭllud vero ita fecī—ac lubens.
dum haec mecum reputo, accersitur lavatum interea virgo :
iit lavit rediit ; deinde eam in lecto illae conlocarunt.
stŏ ĕxspectans siquid mi imperent. venit una, "heus tu" inquit "Dore,
cape hoc flabellum, ventulum huic sic facito, dum lavamur ;
ubi nos laverimu', si voles, lavato." accipio tristis.
AN. tum equidem istuc os tuom inpudens videre nimium vellem,
quĭ ĕsset status, flabell⟨ul⟩um tenere te asinum tantum.
CH. vix elocutast hoc, foras simul omnes proruont se,
abeunt lavatum, perstrepunt, ita ut fit domini ubi absunt.
interea somnu' virginem opprimīt. ego limis specto
sic per flabellum clanculum ; simul alia circumspecto,
satin explorata sint. video esse. pessulum ostio obdo.
AN. quid tum ? *CH.* quid "quid tum," fatue ? *AN.* fateor. *CH.* an ego occasionem
mi ostentam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam

588 et per al. γp^2 *Lactant. Plac. in Theb.* vi. 287 589 pluvium *vel* inpl. *Lact. Plac.* 590 so. *om.* $E\epsilon$ 'parodia de Ennio' *Don.* 591 hoc hom. non D^1Lp : hom. non hoc D^2 ve. il. *G Augustinus Civ.* ii. 7 (*recte*?) 593 *DL* : lectulo (*om.* il.) *A* : lectum il. *CPGpEFvη* -cant γp^2 594 spectans DL^1 595 et vent. γL^2 si *G* : *om. DLpv* -mus γGp^2 (*non Don.*) 596 nos *om. p* 597 eq.] etiam *E* 598 quis δ 599 omn. si. *DGL* (*non Priscian.* i. 559; *Arusian.* 503) 601 sublimis *A* : l. oculis *Iov.* 602 cl. et si. δ 604 quid (*semel*) tum $DLE\eta^1\epsilon^2$ AN. (*alt.*) *et* CH. (*alt.*) *om. Iov.* D^1L^1 604–5 ego m. occ. ost. δη 605 ostentam *Serv. auct. in Geo.* i. 248 : -ntatam ω tan. *om.* AC^1

amitterem ? tum pol ego is essem vero qui simulabar.
AN. sane hercle ut dici'. sed ĭnterim de symbolis quid actumst ?
CH. paratumst. *AN.* frugi es : ubi ? domin ? *CH.* immo apŭd libertum Discum.
AN. perlongest, sed tanto ocius properemu' : muta vestem.
CH. ubi mutem ? perii ; nam domo exsulo nunc : metuo fratrem
ne intus sit ; porro autem pater ne rure redierit iam.
AN. eamus ad me, ibi proxumumst ubi mutes. *CH.* recte dicis.
eamus ; et de istac simul, quo pacto porro possim
potiri, consilium volo capere una tecum. *AN.* fiat.

ACTVS IV

i DORIAS

Ita me dĭ ament, quantum ego illum vidi, non nil timeo misera,
nequam ille hodie insanu' turbam faciat aut vim Thaidi.
nam postquam iste advenit Chremes adulescens, frater virginis,
militem rogat ut ĭllum admitti iubeat : ill' continuo irasci,
neque negare audere ; Thai' porro instare ut hominem invitet.
id faciebat retinendi illi(u)s causa, quia ĭlla quae cupiebat
de sorore ei(u)s indicare ad eam rem tempu' non erat.
invitat tristi' : mansit. ibi ĭlla cŭm ĭllo sermonem ilico ;

606 vere Σ cui *G* adsim. Σ (*praeter DG*) 609 *om.* P^1
610 exeo *A* (*corr. man.* 2) 611 a rure *LE*η 613 de is. re *A*
615 di bene am. A^2Σ (*praeter G*) vi. il. *E* 617 posq. ϵ
618 illum *A* : eum Σ 622 ubi *G* -nes *Iov.* ili. *A* : incipit Σ

miles vero sibi putare adductum ante oculos aemulum;
voluit facere contra huic aegre: "heus" inquit "puer⟨e⟩, Pamphilam
accerse ut delectet hic nos." illa [exclamat] "minime gentium:
in convivium illam?" miles tendere: inde ad iurgium.
interea aurum sibi clam mulier demit, dat mi ut auferam.
hoc est signi: ubi primum poterit, se illinc subducet scio.

PHAEDRIA ⟨DORIAS⟩ ii

Dum rus eo, coepi egomet mecum inter vias,
ita ut fit ubi quid in animost molestiae,
aliam rem ex alia cogitare et ea omnia in
peiorem partem. quid opust verbis? dum haec puto,
praeterii inprudens villam. longe iam abieram
quom sensi: redeo rursum, male me vero habens.
ubi ad ipsum veni devorticulum, constiti:
occepi mecum cogitare "hem biduom hic
manendumst soli sine ĭlla? quid tum postea?
nil est. quid nil? si non tangendi copiast,
eho ne videndi quidem erit? si illud non licet,
saltem hoc licebit. certe extrema linea
amare haud nil est." villam praetereo sciens.
sed quid hŏc quod timida subito egreditur Pythias?

623 mi. ubi si. *A* (*corr. man.* 2) 624 co. fa. $\delta\eta$ 624–5 *an* heus pu. accerse Pam. (*om.* inquit)? 625 acc. *et* del. *et* ex. *et* min. ge. *etiam Don.* del.] *an* beet? ex. *secl. Guyet* (*non Don.*) 626 'il. ἐμφατικῶς' *Don.* inten. *A* (*corr. man.* 2) 628 potuerit δ (p^2 poterit), *Nonius* 399 illi *Nonius* 630 *an* i. uti f.? 632 reputo *Iov.* Σ (*non Don.*) 633 inpudens *A* aberam *D* 634 $\delta\eta$: vero me *cett.* 638 q. nihil est si *A* (est *del. Iov.*) 639 li. *etiam Don.*: potest δ (p^2 licet) 640 ce. *etiam Priscian.* ii. 226: tamen *Porphyr. in Hor. C.* i. 13, 16 lineam A^2 -mam lineam v^1 641 h.] non *Priscian.* ii. 226 642 quid hoc est Σ (*praeter* η^1)

iii PYTHIAS DORIAS PHAEDRIA

PY. Vbi ego ĭllum scelerosum misera atque inpium inveniam? aut ubi quaeram?
hoccin tam audax facinu' facere esse ausum! *PH.* perii: hoc quid sit vereor.
PY. quin etiam insuper scelu', postquam ludificatust virginem,
vestem omnem miserae discidit, tum ipsam capillo conscidit.
PH. hem. *PY.* qui nunc si detur mihi,
ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico!
PH. nescioquid profecto absente nobis turbatumst domi.
adibo. quid ĭstuc? quid festinas? aut quem quaeri', Pythias?
PY. ehĕm Phaedria, egŏn? quem quaeram? in' hinc quo dignu's cum donis tuis
tam lepidis? *PH.* quid ĭstuc est rei?
PY. rogas me? eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit!
virginem quăm erae dono dederat miles, vitiavit. *PH.* quid ais?
PY. perii. *PH.* temulenta's. *PY.* utinam sic sint qui mihi male volunt!
DO. au obsecro, mea Pythias, quod istuc nam monstrum fuit?
PH. insanis: quĭ ĭstuc facere eunuchu' potuit? *PY.* ego ĭllum nescio

643 il. ego δη 644 facere esse au. facinus *E* (*quod mavult Kauer*) esse *om. A* (*add. man.* 2) pe. PH. hoc Σ 645 posq. *schol. G*, ε 646 a cap. D^1L 648 fa. *etiam Nonius* 32: *del. Iov.*: faciem *D* oc.] faciem *Claud. Donat. in Aen.* vi. 199 650 quid (*alt.*) *om. A* (*add. man.* 2) 651 abi hinc *Iov.*: i hinc $C^2Lp^2EFv\eta\epsilon$: ii nunc DG^1 (hinc G^2) 652 tam inl. Σ (*praeter* G^1) 654 virg. *post* mil. *Conradt* de. do. *DGL* 656 quid *A* (*corr. Iov.*), $C^1DGLEFv$ monstri Σ (*praeter* ϵ^1)

qui fuerit; hoc quod fecit, res ipsa indicat.
virgo ipsa lacrumat neque, quom rogites, quid sit audet dicere.
ille autem bonu' vir nusquam apparet. etiam hoc misera suspicor,
aliquid domo abeuntem abstulisse. *PH.* nequeo mirari satis
quŏ ille abire ignavo' possit longius, nisi si domum
forte ad nos rediit. *PY.* vise amabo num sit. *PH.* iam faxo scies. —
DO. perii, obsecro! tam infandum facinu', mea tu, ne audivi quidem.
PY. at pol ego amatores audieram mulierum esse e͡os maxumos,
sed nil potesse; verum miserae non in mentem venerat;
năm ĭllum aliquo conclusissem neque ĭlli commisissem virginem.

PHAEDRIA DORVS PYTHIAS DORIAS iv

PH. Exi foras, sceleste. at etiam restitas,
fugitive? prodi, male conciliate. *DO(RVS).* obsecro. *PH.* oh
illud vide, os ut sibi distorsit carnufex!
quid hŭc tibi reditiost? quid vestis mutatio?
quid narras? paullum si cessassem, Pythias,
domi non offendissem, ita iăm ŏrnarat fugam.
PY. habĕn hominem, amabo? *PH.* quidni habeam? *PY.* o factum bene.

662 posset Σ (*praeter C*) si *om. GE*: si forte *L* 663 redierit *A*[2] vide *v* num ibi sit *Iov.* (*non Don.*) siet δ*E* scias *CPGE*[2]*Fvηε* 665 am. mul. esse aud. eos *A*: am. aud. eos esse mul. *E* 666 posse *A*, *schol. D*, *pv* (*non Priscian.* ii. 507) 667 illum *om. v* 669 hem obs. *G* 671 tibi *om.* Σ ve. qu. *Bentley* Σ: -atiost *A* 673 *A*: adornabat *DGLp*[1]: adornat *ηε*: adornarat *cett.*: adorn- *etiam Don.* (?) 674 habesne *ω* o *om. A* (*add. man.* 2)

DOR(IAS). istuc pol vero benĕ. *PY.* ubĭst? *PH.* rogitas? non vides?
PY. videam? obsecro quem? *PH.* hunc scilicet. *PY.* quis hic est homo?
PH. qui ad vos deductus hodiest. *PY.* hunc oculis suis
nostrarum numquam quisquam vidit, Phaedria.
PH. non vidit? *PY.* an tu hunc credidisti esse, obsecro,
ad nos deductum? *PH.* namque alium habui neminem. *PY.* au
ne comparandus hi(c)quidem ad illumst: ille erat
honesta facie et liberali. *PH.* ita visus est
dudum, quia varia veste exornatus fuit.
nunc tibi videtur foedu', quia ĭllam non habet.
PY. tace obsecro: quasi vero paullum intersiet.
ad nos deductus hodiest adulescentulus,
quem tu videre vero velles, Phaedria.
hic est vietu' vetu' veternosus senex,
colore mustelino. *PH.* hem quaĕ haĕc est fabula?
e͡o rediges me ut quid egerim egomet nesciam?
eho tu, emin ego te? *DO.* emisti. *PY.* iubĕ mi denuo
respondeat. *PH.* rogă. *PY.* venisti hodie ad nos? negat.
at ĭlle alter venit annos natu' sedecim,
quem secum adduxit Parmeno. *PH.* agedum hoc mi expedi
primum: istam quăm habes unde habes vestem? taces?
monstrum homini', non dicturu's? *DO.* venit Chaerea.
PH. fraterne? *DO.* ita. *PH.* quandō? *DO.* hodie. *PH.* quam dudum? *DO.* modo.

675 rogas *DL* 676 est obsecro ho. *DGL* 678 quaequam *G* 680 nam quem C^2, *schol. P*, $DGp^1EF^2\upsilon\eta\epsilon$ 681 ne *etiam Nonius* 256, 496; *Priscian.* ii. 73 (?): nec $ALE\eta^1$ 684 *ita etiam Nonius* 304: nunc eo vid. *Serv. auct. in Aen.* iii. 216: nunc eo ti. vid. Σ (ti. *om.* C^1P): nunc ti. vid. eo *Iov.* 688 vetus vietus δ *ps.-Acron in Epod.* 12, 7 (*non Don.*) 689 haec *om. υ* est *om. PDGL* 690 redigis Σ emerim *Bentley* ego ne. γ 692 -stin Σ 694 hoc nunc mihi *schol. C*, δ*EFυη* 695 ves. un. ha. *E* 697 *ita etiam Priscian.* ii. 81 qu. hodie *etiam Sacerdos* 445

PH. quicum? *DO.* cum Parmenone. *PH.* norasne eum prius?
DO. non. [nec quis esset umquam audieram dicier.]
PH. unde igitur fratrem meum esse scibas? *DO.* Parmeno
dicebat eum essĕ. is dedit mi hanc. *PH.* occidi.
DO. meam ipse induit: post una ambo abierunt foras.

PY. iam sati' credi' sobriam esse me et nil mentitam tibi?
iam sati' certumst virginem vitiatam esse? *PH.* age nunc, belua,
credis huic quod dicat? *PY.* quid ĭsti credam? res ipsa indicat.
PH. concede istuc paullulum: audin? etiam [nunc] paullulum: sat est.
dic dum hoc rursum: Chaerea tuam vestem detraxit tibi?
DO. factum. *PH.* et east indutu'? *DO.* factum. *PH.* et pro te huc deductust? *DO.* ita.
PH. Iuppiter magne, o scelestum atque audacem hominem! *PY.* vae mihi:
etiam [nunc] non credes indignis nos esse inrisas modis?
PH. mirum ni tu credas quod ĭste dicat. quid agam nescio.
heus negato rursum. possumne ego hodie ex te exsculpere
verum? vidistine fratrem Chaeream? *DO.* non. *PH.* non potest
sine malo fateri, video: sequere hac. modo ait modo negat.
ora me. *DO.* obsecro te vero, Phaedria. *PH.* ĭ ĭntro nunciam.

699 nec . . dicier *om.* $AC^1P^1v^1$ 701 hanc vestem γG^2Lp^2 703 *post* 704 $E\eta\epsilon^1$ me so. esse *A* tibi *om.* γ 705 quid d. *A* (*corr. man.* 2) istic *p* 706 *vix* eti. nu. paullum (*cf.* 710) PY. sat est L^2 707 PH. dic L^2 708 factumst *A* (*corr. Iov.*) etast *A* (*corr. man.* 2): et eam est Σ (*praeter* p^1 et ea est) (*abl. cas. testatur Priscian.* ii. 318) deductus (*om.* est) *A* 710 credis ω ind.] miseris *Winterfeld* (*cf. Ad.* 173) 711 ne cr. A^1: ne tu cr. A^2 PY. quid L^2E 712 PH. heus L^2E heus tu G^2E^2 *post* neg. *distinguit Don.* ('rursus interrogo te') 713 potes p^1E^2 715 DOR. obs. $D^1LEv\epsilon$ PH.] PY. *G* (?), *L* in intro *A*: intro (*om.* i) $PD^1GL^1p^2Ev\eta\epsilon$ nun. *om. Iov.* Σ

DO. oiei. *PH.* alio pacto honeste quomodo hĭnc abeam nescio.
actumst, siquidem tu me hic etiam, nebulo, ludificabere. —
PY. Parmenoni' tam scio esse hanc tech⟨i⟩nam quam me vivere.
DOR. sic est. *PY.* inveniam pol hodie parem ubi referam gratiam.
sed nunc quid faciundum censes, Dorias? *DOR.* dĕ ĭstac rogas
virgine? *PY.* ita, utrum taceam an praedicemne? *DOR.* tu pol, si sapis,
quod scis nescis neque de eunucho neque de vitio virginis.
hac re et te omni turba evolves et ĭlli gratum feceris.
id modo dic, abisse Dorum. *PY.* ita faciam. *DOR.* sed videon Chremen?
Thai' iam aderit. *PY.* quid ita? *DOR.* quia, quom inde abeo, iam tum occeperat
turba inter eos. *PY.* tu aufer aurum hoc. ego scibo ex hoc quid siet.

V CHREMES PYTHIAS

CH. Attat data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.
at dum accubabam quam videbar mi esse pulchre sobrius!
postquam surrexi neque pes neque mens sati' suom officium facit.

716 oiei oiei *G* : e . . hoho hehi *P* *vide ne* 715, 716 *tales fuerint in* Σ Ora . . intro DO. oiei Oiei . . nescio 717 fac. *G* 718 tam] istam D^1p^1: tam *non agnoscit Don.* ('deest magis') *an delend.* hanc? 719 ubi ei ref. *DGp* : ubi feram *A* qui ref. sacrilego illi gr. *Agroecius* 119 720 num p^1 cen.] suades γ rogas *ex* rogitas *A* 721 utr. taceamne an praedicem *Aγp* (*et Don.*?) : utrumne taceam an praedicem *DGL* : utr. praedicemne an taceam *Bentley* 722 scias γG^2p^2 (*non Don.*) neq. de eu. Σ : de istoc eu. *A* : neq. de istoc *Kauer* (*cum* scias) 723 omni te *A* (*non Arusian.* 471 *s.v.* evolvo) ev.] *schol. P* (*not. Tiron.*) 'vetustus exsolves' 724 -eo *A* (*corr. man.* 2) *Aγ* : -mem δ 725 tunc δ p^1 : inc. *cett.* 726 tu *om. Av* 727 mihi ve. s. δ ve. s. mihi *F* 728 pu. esse *A*

PY. Chreme. *CH.* quis est? ehĕm Pythias: vah quanto nunc formonsior
videre mihi quam dudum! *PY.* certe tuquidem pol multo hilarior.
CH. verbum hercle hoc verum erit "sine Cerere et Libero friget Venus".
sed Thai' multŏ ante venit? *PY.* anne abiit iam a milite?
CH. iamdudum, aetatem. lites factae sunt inter eos maxumae.
PY. nil dixit tu ut sequerere sese? *CH.* nil, nisi abiens mi innuit.
PY. eho nonne id sat erat? *CH.* at nescibam id dicere illam, nisi quia
correxit miles, quod ĭntellexi minu'; nam me extrusit foras.
sed ĕccam ipsam: miror ubi ego huic antevorterim.

THAIS CHREMES PYTHIAS vi

TH. Credo equidem illum iam adfuturŭm esse, ut ĭllam [a me] eripiat: sine veniat.
atqui si illam digito attigerit uno, oculi ilico ecfodientur.
usque adeo ego ĭlli(u)s ferre possum ineptiam et magnifica verba,
verba dum sint; verum enĭm si ad rem conferentur, vapulabit.
CH. Thais, ego iamdudum hic adsum. *TH.* o mi Chreme, te ipsum exspectabam.

731 certe *Iov.* Σ: -to *A* 732 erit] est $\gamma D^2G^2p^2$ 733 multo *etiam Don.*: -ton *edd.* anne $\delta EF v \eta \epsilon$: an *cett.* iam mil. *A ante corr., G* 734 PY. lites *A* (*corr. Iov.*) s. f. γ 735 PY. *om. A* (*add. Iov.*) tu *om. Don. ad* 273: tum Σ (*praeter* p^2) annuit D^2 736 sate C^1 737 quo *A* (*corr. man.* 2) 738 eccum (haec cum) D^1GL^1 ip. video mi. Σ (*praeter* p^1) 739 a me *om. A* 740 atque *DGL* (*recte?*) ili. ei eff. *p* -antur *DGL* 741 -tias $\gamma D^2G^2p^2$ 742 -etur p^1 743 hic *om. D*: *superscr.* GL^2 sum *A* exspecto Σ (*recte?*)

scin tu turbam hanc propter tĕ ĕsse factam? et adeo ad te attinere hanc
omnem rem? *CH.* ad me? qui? quasi istuc . . *TH.* quia, dum tibi sororem studeo
reddere ac restituere, haec atque hui(u)smodi sum multa passa.
CH. ubi east? *TH.* domi apŭd me. *CH.* hem. *TH.* quid est?
educta ita uti teque illaque dignumst. *CH.* quid ais? *TH.* id quod res est.
hanc tibi dono do neque repeto prŏ ĭlla quicquam abs te preti.
CH. et habetur et referetur, Thais, ita uti merita's gratia.
TH. at enĭm cavĕ ne priu' quam hanc a me accipias amittas, Chreme;
nam haec east quam miles a me vi nunc ereptum venit.
abĭ tu, cistellam, Pythias, domo ecfer cum monumentis.
CH. vidĕn tu illum, Thais, . . *PY.* ubi sitast? *TH.* in risco: odiosa cessas.
CH. militem secum ad te quantas copias adducere?
attat . . *TH.* num formidulosus obsecro es, mĭ homo? *CH.* apage sis:
egŏn formidulosu'? nemost hominum qui vivat minus.

744 pertin. *A* (*non Priscian.* ii. 298) 745 quid D^1p^1 'alius liber: ad me quid? quasi istoc' v^2 *in mg.* 746 eiusmodi γp^2 multa *om. A* (*add. man.* 2) 747 CH. hem // // quid est G^2F^2 747–8 TH. sic est, Chreme, educta, *etc.* G^2F^2p 748 ed. est ita Σ (*praeter p*) ut *ex* uti *A* te illaque *DGL* 749 t. dono do *ex* t. do dono *A*: dono t. D^1G^1L: dono t. do D^2G^2 750 ref- *ex* res f- *A* ref. tibi Thais (tibi *superscr.*) *G* Th. tibi ita *A*: Th. a me ita γL^2p (a me *superscr.*) ita *om. Priscian.* ii. 376 ut v^2 751 a me hanc *DLp* 752 ad me p^1 753 Py. ci. *p* domo et effer *G* 754 illam *A* (*corr. man.* 2) 756 mi ho. *ante* num *Priscian.* ii. 90 CH. ap. sis *om.* D^1G^1L 757 ho.] homo D^1GL

TH. atqui ita opust. *CH.* ah metuo qualem tu me esse hominem existumes.
TH. immo hoc cogitato : quicum res tibist peregrinus est,
minu' potens quam tu, minu' notu', minus amicorum hic habens.
CH. scio ĭstuc. sed tu quod cavere possis stultum admittere est.
malo ego nos prospicere quam hunc ulcisci accepta iniuria.
tŭ abi atque obsera ostium intu', dum egŏ hinc transcurro ad forum :
volo ego adesse hic advocatos nobis in turba hac. *TH.* mane.
CH. meliust. *TH.* manĕ. *CH.* omitte : iam adero. *TH.* nil opus est istis, Chreme.
hoc modo dic, sororem illam tŭam esse et te parvam virginem
amisisse, nunc cognosse. signa ostende. *PY.* adsunt. *TH.* cape.
si vim faciet, in ius ducito hominem : intellextin? *CH.* probe.
TH. fac animo haec praesenti dicas. *CH.* faciam. *TH.* attolle pallium.
perii, huic ipsist opu' patrono, quem defensorem paro.

THRASO GNATHO SANGA CHREMES THAIS vii

THR. Hancin ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam, Gnatho?
mori me satiust. Simalio, Donax, Syrisce, sequimini.

758 atqui *A*, *testatur Priscian.* ii. 101 : atque Σ (*cf. ad* 740) au $\gamma G p$ estimes *A* (*corr. man.* 2) : existimas G^2E^2 759 hoc tibi co. *A* (*corr. Iov.*) tibi res est *p* : tibi est *L* 761 'alius liber amittere' v^2 *in mg.* 763 abi tu *G* 764 volo . . hac *om.* $C^1P^1E^1F^1v^1$ hic e. ade. *schol. C*, *E* (*mg.*), F^2, *schol. v* TH. mane *initio* 765 *Pvε* : mane, mane γ, *schol. D*, *p* 765 CH. (*prius*) *del. Iov.* Σ (*G* mane mane) : CH. mel. est TH. omitte CH. iam ad. *A* (CH. *ante* iam *del. Iov.*) istic *A* (*corr. man.* 2), p^1 (*non Don.*) 766 s. esse il. t. Σ (*praeter p* esse il. s. t.) te *om.* $D^1GL^1p^1$ 767 et nunc *schol. C.* TH. *del. Iov.* 769 haec an. *Aδ* (G^1 *in mg.* an. haec) 770 ipsi est o. p. *A* : i. o. est p. δ : i. o. p. est γ : i. o. patronost *Phillimore* (*cum* periī) 771 ut *om.* E^2v (*non Don. ad* 1025) 772, *etc.* Dorax $D^2G^2p^2E$ (*non Don.*)

primum aedis expugnabo. *GN.* recte. *THR.* virginem eripiam. *GN.* probe.
THR. male mulcabo ipsam. *GN.* pulchre. *THR.* in medium huc agmen cum vecti, Donax;
tu, Simalio, in sinistrum cornum; tu, Syrisce, in dexterum.
cedo alios: ubi centuriost Sanga et manipulus furum? *SA.* eccum adest.
THR. quid ĭgnave? peniculon pugnare, qui istum huc portes, cogitas?
SA. egon? imperatoris virtutem noveram et vim militum;
sine sanguine hoc non posse fieri: quĭ ăbstergerem volnera?
THR. ubi alii? *GN.* qui malum "alii"? solu' Sannio servat domi.
THR. tŭ hŏsce instrue; ego hĭc erŏ post principia: inde omnibus signum dabo.
GN. illuc est sapere: ut hosce instruxit, ipsu' sibi cavit loco.
THR. idem hoc iam Pyrru' factitavit. *CH.* vidĕn tu, Thais, quăm hĭc rem agit?
nimirum consilium illud rectumst de occludendis aedibus.
TH. sane quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est:
ne metuas. *THR.* quid videtur? *GN.* fundam tibi nunc nimi' vellem dari,
ut tu illos procul hinc ex occulto caederes: facerent fugam.
THR. sed ĕccam Thaidem ipsam video. *GN.* quam mox inruimus? *THR.* mane:

775 $AC^1P^1G^1$: cornu *cett.* 776 SA.] GN. C^1P^1 (?), GL^2Ev: SIM. *D* 777 quid] qui G^2E^1 istut *A*: istunc γ (ϵ^1 istuc), *p* portas *DGLE* 779 fi. non po. *A* (*non Priscian.* i. 486) quin *AL* (*non Don.*) 780 THR. *add. Iov.* G^2 GN.] SA. $P^2LpEF^2v\epsilon$: SIM. *D* AG^1L^1 *Don.*, *Nonius* 61, *Eugr.* (?): domum *Iov.* Σ 781 δ: hic ego *A*γ ego ero hic *Fleckeisen* ero] vero $p^2EF^2v\epsilon$ 782 istuc p^2 ipse *A*γ*D* cavet C^1 783 THR. *A*: *om.* Σ iam hoc δ 785 THR. D^1p qui P^2G^2: quid p^2F^2 vir nunc δ videtur δ (*praeter* p^2), *glossar. ps.-Cyrill.*, *Don.* (?) 786 GN.] TH. *Don*, dare DG^1L^1 787 ut fac. δ (*praeter* D^2): 'deest "ut"' *Don.* 788 Thais *D* nox *A* (*corr. man.* 2) inruamus D^2

omnia prius experiri quam armis sapientem decet.
qui scis an quae iubeam sine vi faciat? *GN.* di vostram fidem,
quantist sapere! numquam accedo quin abs te abeam doctior.
THR. Thai', primum hoc mihi responde: quom tibi do istam virginem,
dixtin hos dies mihi soli dare te? *TH.* quid tum postea?
THR. rogitas? quae mi ante oculos coram amatorem adduxti tuom . .
TH. quid cum illoc agas? *THR.* et cŭm eo clam te subduxti mihi?
TH. lubuit. *THR.* Pamphilam ergo huc redde, nisi vi mavis eripi.
CH. tibi ĭllam reddat aut tu eăm tangas, omnium . . ? *GN.* ah quid agis? tace.
THR. quid tu tibi vis? ego non tangam meăm? *CH.* tuam autem, furcifer?
GN. cavĕ sis: nescis quoi maledicas nunc viro. *CH.* non tu hinc abis?
scin tu ut tibi res se habeat? si quicquam hodie hic turbae coeperis,
faciam ut hui(u)s loci die͡ique meĭque semper memineris.
GN. miseret tu͡i me qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
CH. diminuam ego caput tuum hodie, nisi abĭs. *GN.* a͡in vero, canis?

792 m. h. pr. P^1 793 hos m. dies *A* 795 illo *ADp* agis *schol. C, schol. D,* $G^1Lp^2EF^2$, *schol. v,* ϵ^1 : litigas G^2 te clam *A* (*recte* ?) 796 *an* lubitumst? nisi si vi $CPD^2G^1Lp^2EF^1v\epsilon$: nisi tibi *Don. ad* 797 ma. vi *L* : vi eam ma. P^2 : vi malis p^1 797 eam] illam AD^1 ais p^2Ev 798 THR. G^1v *Don.* : *om. A* : CH. *cett.* THR. ego ω (*praeter v*) tuam] tu *DG* 799 dicis p^2 nunc *om. Av* 800 se *om.* D^1G : sese *schol. D, Lp* habeant D^1Lp^1 feceris $P^2D^2G^1Lp^2E^1Fv$ 802 ta. hunc *A* 803 eg. ca. tu. ho. γ (*praeter* E^1), *G Don.* : eg. tibi ca. ho. *A* : eg. ca. tibi ho. *DL* : eg. ca. ho. *p* : tibi eg. ca. tu. ho. E^1 abis hinc *p* GN. *superscr. A*

sicin agis? *THR.* quis tŭ homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei̅ tibist?
CH. scibi': principio ea͡m esse dico liberam. *THR.* hem. *CH.* civem Atticam. *THR.* hui.
CH. mea͡m sororem. *THR.* os durum. *CH.* miles, nunc adeo edico tibi
ne vim facias ullam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam
nutricem, ut eam adducam et signa ostendam haec. *THR.* tun me prohibeas
meăm ne tangam? *CH.* prohibebo inquam. *GN.* audin tu? hic furti se adligat:
sat[is] hŏc tibist. *THR.* idem hoc tu [ais], Thai'? *TH.* quaere qui respondeat.—
THR. quid nunc agimu'? *GN.* quin redeamu': iam haec tibi aderit supplicans
ultro. *THR.* credin? *GN.* immo certe: novi ingenium mulierum:
nolunt ubi velis, ubi nolis cupiunt ultro. *THR.* bene putas.
GN. iam dimitto exercitum? *THR.* ubi vis. *GN.* Sanga, ita ut fortis decet
milites, domi focique fac vicissim ut memineris.
SA. iamdudum animus est in patinis. *GN.* frugi es. *THR.* vos me hac sequimini.

804 CH. si. A^2 sicine *A*: sic A^2Σ THR.] CH. *A* (*corr. man.* 2) 805 CH. *om. A* (*add. Iov.*) scies *A* (*non Don.*) di. es. *E* 807 in eam *A* (*corr. man.* 2) 808 tu *ex* tun *A*: tu p^2v 809 -ibeo *GEv* furtis P^1 (?), D^1p^2 (*non Don.*) 810 CH. satis Σ quid nunc tu *A* (*corr. man.* 2): id. tu hoc Σ (*praeter p*) ais *del. Dziatzko* q. tibi qui *D*: q. qui tibi *Gp, schol. v*: q. qui mihi *L* 811 *totum versum Gnathoni dant* δEF^1vε (*non Don.*) quin] quid *ex* quin *A* γp *Don. ad* 1025: haec t. iam *AL*: haec iam t. *D*: haec t. *G* 813 ubi tu ve. δ (*non ps.-Acron in Hor. C.* ii. 12, 27) 814 ita *om.* γ 816 dudumst an. in *A* THR.] SA. Σ

ACTVS V

THAIS PYTHIAS i

TH. Pergin, scelesta, mecum perplexe loqui?
"sciŏ nescio abiit audivi, ego non adfui."
non tu istuc mihi dictura aperte es quidquid est?
virgo conscissa veste lacrumans opticet;
eunuchus abiit: quăm ŏb rem? [aut] quid factumst? taces?
PY. quid tibi ego dicam misera? illum eunuchum negant
fuisse. *TH.* quis fuit igitur? *PY.* iste Chaerea.
TH. qui Chaerea? *PY.* iste ephebu' frater Phaedriae.
TH. quid ais, venefica? *PY.* atqui certe comperi.
TH. quid is obsecro ad nos? quăm ŏb rem adductust? *PY.* nescio;
nisi amasse credo Pamphilam. *TH.* hem misera occidi,
infelix, siquidem tu istaec vera praedicas.
num id lacrumat virgo? *PY.* id opinor. *TH.* quid ais, sacrilega?
istucine interminata sum hinc abiens tibi?
PY. quid facerem? ita ut tu iusti, soli creditast.
TH. scelesta, ovem lupŏ commisisti. dispudet
sic mihi data esse verba. quid ĭlluc hominis est?
PY. era mea, tace tace obsecro, salvae sumus:
habemus hominem ipsum. *TH.* ubi is est? *PY.* em ad sinist⟨e⟩ram.
vidĕn? *TH.* video. *PY.* conprendi iube, quantum potest.

819 -uran *D* 821 aut *om. Iov.* Σ (*cf. ad* 826), *Don.* est fa. γ (*praeter E*) 822 mi. di. δ*E* 823 iste] hic *Priscian.* i. 286 825 agis *G* atque *v* certo DLp^1F^2 826 aut quam CPL^2p^2 *Fv*ϵ 827 miseram *schol. D*, GE^1ϵ 831 fac. misera ita A^2 tu *om.* γ (*praeter E*) A^1ϵ *Don.*: iussisti A^2Σ 832 commisti ϵ co. lu. *Nonius* 249 (*non ps.-Acron in Hor. C.* i. 3, 11) 833 illic $P^2D^2G^2p^1EFv$ϵ 834 tace *semel* G^2L^2EFvϵ 835 is *om.* D^1Gp^1E 836 iu. co. δ*Ev*

TH. quid ĭllo faciemu', stulta? *PY.* quid facias, rogas?
vide amabo, si non, quom aspicias, os inpudens
videtur! non est? tum quae ei(u)s confidentiast!

ii CHAEREA THAIS PYTHIAS

CH. Apud Antiphonem uterque, mater et pater,
quasi dedita opera domi erant, ut nullo modo
intro ire possem quin viderent me. interim
dum ante ostium sto, notu' mihi quidam obviam
venit. ubi vidi, ego me in pedes quantum queo
in angiportum quoddam desertum, inde item
in aliud, inde in aliud: ita miserrimus
fui fugitando nequi' me cognosceret.
sed estne haec Thai' quam video? ipsast. haereo
quid faciam. quid mea autem? quid faciet mihi?
TH. adeamu'. bone vir Dore, salve: dic mihi,
aufugistin? *CH.* era, factum. *TH.* satine id tibi placet?
CH. non. *TH.* credin te inpune habiturum? *CH.* unam hanc noxiam
amitte: si aliam admisero umquam, occidito.
TH. num mêâm saevitiam veritus es? *CH.* non. *TH.* quid igitur?
CH. hanc metui ne me criminaretur tibi.
TH. quid feceras? *CH.* paullum quiddam. *PY.* eho "paullum", inpudens?
an paullum hoc esse tibi videtur, virginem
vitiare civem? *CH.* conservam esse credidi.

837 illi $C^2\delta Fv\eta\epsilon$ (*non Priscian.* ii. 189) facimus *A* (*corr. man.* 2) faciam $\gamma D^2 p^2$ 839 TH. non $C^2D^2G^2L\eta\epsilon^1$ (*non Don., Eugr.*) PY. tum $D^2G^2L^2\eta^2$, *schol.* ϵ tum vide q. G^2: tum q. vide L^2 841 op. ded. *pE* 842 possim *A* 843–4 venit obviam *G* 844 ego me G^1 (!), v^1 (?): egomet *cett.* 846 deinde *ex* inde *A* (inde *Iov.*): item *L* 849 me au. $C^1P^1p^1$ 851 era] ita D^1L id *om. E* 852 abit. $PDpF\epsilon^1$ noxam $C^2P^2\delta EFv\eta\epsilon$ 853 omitte P^2: mitte *LE* al. unq. ullam adm. *A* 854 num . . non *post* 856 (quiddam) D^1L^1 es *om. A* (*add. man.* 2), $C^1PF^1v^1\eta^1\epsilon^1$ 856 PY.] TH. $L\eta\epsilon$ 857 *om.* D^1

PY. conservam! vix me contineo quin involem in
capillum, monstrum: etiam ultro derisum advenit.
TH. abĭn hinc, insana? *PY.* quid ita? vero debeam,
credo, isti quicquam furcifero si id fecerim;
praesertim quom se servom fateatur tuom.
TH. missa haec faciamu'. non te dignum, Chaerea,
fecisti; nam si ego digna hac contumelia
sum maxume, at tŭ ĭndignu' qui faceres tamen.
neque edepol quid nunc consili capiam scio
de virgine istac: ita conturbasti mihi
rationes omnis, ut eam non possim suis
ita ut aequom fuerat atque ut studui tradere,
ut solidum parerem hoc mi beneficium, Chaerea.
CH. at nunc de(h)inc spero aeternam inter nos gratiam
fore, Thai'. saepe ex hui(u)smodi re quapiam et
malo principio magna familiaritas
conflatast. quid si hoc quispiam voluit deus?
TH. equidem pol in eam partem accipioque et volo.
CH. immo ita quaeso. unum hoc scito, contumeliae
me non fecisse causa, sed amoris. *TH.* scio,
et pol propterea mage nunc ignosco tibi.
non adeo inhumano ingenio sum, Chaerea,
neque ita inperita ut quid amor valeat nesciam.
CH. te quoque iam, Thais, ita me di bene ament, amo.
PY. tum pol tibi ab ĭstoc, era, cavendum intellego.
CH. non ausim. *PY.* nil tibi quicquam credo. *TH.* de-
sinas.

860 venit *A* (*corr. man.* 2), *E* 861 abi Σ (*praeter* C^1PF^1) abeam Σ (*praeter* $C^2D^1p^1\epsilon^1$) (*cf. Don.* 'abeam subauditur') 862 si id fe. *del.* CPD^2 (*man.* 2 *superscr.* deberem hinc insana ire), *LF*: *om.* *pEvηε* fecero *A* (*corr. man.* 2) 864 istaec *δE* 865 co. hac *DL* (*recte?*) 868 ita *om.* $p^1\epsilon^1$ 869 non] ne *CP* 874 ex ma. *schol. C*, *E*, *schol. F*, *schol. v*, *schol. η*, *ε* 876–7 *om.* L^1 878 *δE*: non me *cett.* 879 nunc ma. *γ* 880 sum ing. *γ* 881 ita] tam D^1L *Don.* (?): *om. v* 883 isto e. ADL^2p: isto Chaerea D^1L^1 *Arusian.* 488 cav. era *E* cav. esse int. *A* 884 ah ni. *Priscian.* ii. 229 TH. *om.* *ADLvηε*

CH. nunc ego te in hac re mi oro ut adiutrix sies,
ego me tuae commendo et committo fide[i],
te mihi patronam capio, Thai', te obsecro :
emoriar si non hanc uxorem duxero.
TH. tamĕn si pater . . ? *CH.* quid? ah volet, certo scio,
civis modo haec sit. *TH.* paullulum opperirier
si vis, iam frater ipse hic aderit virginis ;
nutricem accersitum iĭt quae illam aluit parvolam :
in cognoscendo tute ipse aderi', Chaerea.
CH. ego vero maneo. *TH.* vin interea, dum venit,
domi opperiamur potiu' quam hic ante ostium?
CH. immo percupio. *PY.* quam tu rem actura obsecro es?
TH. nam quid ita? *PY.* rogitas? hunc tu in aedis cogitas
recipere posthac? *TH.* quor non? *PY.* crede hoc meae fide[i],
dabit hic pugnam aliquam denuo. *TH.* au tace obsecro.
PY. parum perspexisse ei(u)s videre audaciam.
CH. non faciam, Pythias. *PY.* non credo, Chaerea,
nisi si commissum non erit. *CH.* quin, Pythias,
tu me servato. *PY.* neque pol servandum tibi
quicquam dare ausim neque te servare : apage te.
TH. adĕst optume ipse frater. *CH.* perii hercle : obsecro
abeamus intro, Thais : nolo me in via
cum hac veste videat. *TH.* quăm ŏb rem tandem? an quia pudet?
CH. id ipsum. *PY.* id ipsum? virgo vero! *TH.* i prae, sequor.
tŭ ĭstic mane ut Chremem intro ducas, Pythias.

885 *post* 886 γ te *om.* pE 889 CH. *post* quid *Bentley* (*non Don.*, *Eugr.*) a (ha, ah) qu. *C* (*corr. schol.*), P^2 *Don.* (?) : qu. P^1F^1 : qu. ac *L* : qu. hic *D* : ha qu. ha F^2 certe P^2E 893 ip. hic ad. $\gamma D^2L^2p^2$ 894 dum is ve. *Iov.* δE 898 post hoc D^1L (*cf. Don.* 'posthac post hoc factum') 899 continuo *E* 901 non pol cr. *Iov.* Σ 902 si *om.* A^2E 904 TH. ap. P^2 ap. te *om.* D^1L^1 *schol. D adscr.* apagesis 905 TH. *om.* P^2D 907 hac] istac *E* TH.] PY. *Dziatzko* 908 PY.] TH. A^2 (*non Don.*) verum D^1L (*non Don.*)

PYTHIAS CHREMES SOPHRONA iii

PY. Quid, quid venire in mentem nunc possit mihi,
quidnam qui referam sacrilego illi gratiam
qui hunc suppos⟨i⟩vit nobis? *CH.* movĕ vero ocius
te nutrix. *SO.* moveo. *CH.* video, sed nil promoves.
PY. iamne ostendisti signa nutrici? *CH.* omnia.
PY. amabo, quid ait? cognoscitne? *CH.* ac memoriter.
PY. probe edepol narras; nă̆m ĭlli faveo virgini.
ite intro: iamdudum era vos exspectat domi.—
virum bonum eccum Parmenonem incedere
video: vide ut otiosus it! si dis placet,
spero me habere qui hunc meo excruciem modo.
ibo intro de cognitione ut certum sciam:
post exibo atque hunc perterrebo sacrilegum.

PARMENO PYTHIAS iv

PA. Reviso quidnam Chaerea hic rerum gerat.
quod si astu rem tractavit, di vostram fidem,
quantam et quam veram laudem capiet Parmeno!
nam ut mittam quod ei amorem difficillimum et
carissimum, a meretrice avara virginem
quă̆m amabat, eă̆m confeci sine molestia
sine sumptu et sine dispendio: tum hoc alterum,
id verost quod ego mi puto palmarium,
me repperisse quo modo adulescentulus
meretricum ingenia et mores posset noscere

912 vero *etiam Don.*: oro *A* (*corr. man.* 2): *om. v* 913 te mea nu. *A* 916 pr. *A* (*cf. Andr.* 970): bene *Iov.* Σ isti DLp^1E 919 vide] viden *A* (*corr. Iov.*) id *A*: sit Σ 920 exc. meo mo. *Priscian.* ii. 244 924 rem as. *E* 926 omittam *Iov.* δEv^2 ei Σ *Don.*, *Eugr.*: in A^1: per A^2 (?) 927 -gine *A* (*corr. man.* 2) 928 -bat *ex* -rat *A* eam *etiam testatur Don. ad* 952: eam *ex* ea *A*: *om. Iov.* 929 et *om.* Σ (*recte*?) 931 men *A* (*corr. Iov.*), C^1P^1 932 cogn. *E*

mature, ut quom cognorit perpetuo oderit.
quae dum foris sunt nil videtur mundius,
nec mage compositum quicquam nec magis elegans
quae cŭm amatore quom cenant ligurriunt.
harum videre inluviem sordes inopiam,
quam inhonestae solae sint domi atque avidae cibi,
quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent,
nosse omnia haec salus est adulescentulis.
PY. ego pol te prŏ ĭstis dictis et factis, scelus,
ulciscar, ut ne inpune in nos inluseris.

pro deum fidĕm, facinu' foedum! ŏ ĭnfelicem adulescentulum!
o scelestum Parmenonem, qui istum huc adduxit! *PA.* quid est?
PY. miseret me: itaque ut ne viderem, misera huc ecfugi foras.
quae futura exempla dicunt in ĭllum indigna! *PA.* o Iuppiter,
quaĕ ĭllaec turbast? numnam ego perii? adibo. quid ĭstuc, Pythias?
quid ais? in quĕm ĕxempla fient? *PY.* rogitas, audacissime?
perdidisti istum quem adduxti pro eunucho adulescentulum,
dum studes dare verba nobis. *PA.* quid ita? aut quid factumst? cedo.
PY. dicam: virginem istam, Thaidi hodie quae dono datast,
scis eam hinc civem esse? et fratrĕm ei(u)s [esse] adprime nobilem?

933 cognovit *v* 936 am. suo q. ce. *A*γ*D*[2]: amatores vocant *L*: amatore (*superscr.* suo) *p* q. cum ce. cum am. *p*[2] 938 cibis *D*[1]*L* 939 devorent *A* (*corr. Iov.*) 941 f. et d. *A* (*corr. Iov.*) 942 in nos *etiam Arusian.* 480 943 *nova scaena* γ fi. de. *A* (*corr. Iov.*) 945 ne id vi. *CP*[1]*Fv*; ne vi. id *p*[2] 946 *A*: eum Σ 951 qu. ho. *A* 952 scies *D*[1]ϵ *A*: ci. hinc Σ huius δ (*D*[2] eius), *E* esse *om.* *A*

PA. nescio. *PY.* atqui sic inventast: eam istic vitiavit miser.
ille ubi id rescivit factum frater violentissimus
PA. quidnam fecit? *PY.* conligavit primum eum miseris modis.
PA. hem
conligavit? *PY.* atque quidem orante ut ne id faceret Thaide.
PA. quid ais? *PY.* nunc minatur porro sese id quod moechis solet:
quod ego numquam vidi fieri neque velim. *PA.* quă aŭdacia
tantum facinus audet? *PY.* quid ita "tantum"? *PA.* an non tibi hŏc maxumumst?
quis homo pro moecho umquam vidit in domo meretricia
prendi quemquam? *PY.* nescio. *PA.* at ne hoc nesciatis, Pythias:
dico edico vobis nostrum esse illum erilem filium. *PY.* hem
obsecro, an is est? *PA.* nequam in illum Thai' vim fieri sinat!
atque adeo autem quor non egomet intro eo? *PY.* vidĕ, Parmeno,
quid agas, ne neque illi prosis et tu pereas; nam hoc putant
quidquid factumst ex tĕ ĕsse ortum. *PA.* quid igitur faciam miser?
quidve incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem.
dicam huic an non? ei dicam hercle; etsi mihi magnum malum

954 id *superscr.* *A*: *om.* *E* esse fa. *DL* 955 nodis D^2Lp^2 E^2v^2: mo. vel no. ηε 955ª hem *AD* (*superscr.*), *LpE*: *om. cett.* 956 -ntem *A* (*corr. man.* 2) 957 minitatur *CP*δ (*praeter* D^2), E^2Fv: *om.* $\eta^1\epsilon^1$ porro] facturum *Iov.*: id fa. Σ (*cf. Don.* 'deest facturum') 958 vellem *DL* 959 fa. facere au. δ*E* qui *p* *CPDLF*vηε: non h. ti. p^2: non h. AEp^1 PA. *om.* LF^1 960 PA. quis *L* 961 deprehendi δ*E*: prehendi *cett.* anne Cp^2F^2 962 et ed. *E*: et dico *L* 965 ne *om.* D^1L^1E hoc ita pu. D^1Lp 966 ex *A*δ: a γ ort. es. *DL* 967 ru. vi. γ 968 non ei dic. A^2 (?): non dic. *cett.*: non dic. dic. *Bentley* *post* non *dist.* *Iov.*

sciŏ paratum ; sed necessest huic ut subveniat. *PY.* sapis.
ego abeo intro : tŭ ĭsti narra omne[m] ordine[m] ut factum siet.

V SENEX PARMENO

SE. Ex mĕō propinquo rure hoc capio commodi :
neque agri neque urbis odium me umquam percipit.
ubi satias coepit fieri commuto locum.
sed ĕstne ille noster Parmeno ? et certe ipsus est.
quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium ?
PA. quis homost ? ehĕm salvom te advenire, ere, gaudeo.
SE. quem praestolare ? *PA.* perii : lingua haeret metu. *SE.* hem
quid est ? quid trepidas ? satine salve ? dic mihi.
PA. ere, primum te arbitrari [id] quod res est velim :
quidquid hŭiu' factumst, culpa non factumst mea.
SE. quid ? *PA.* recte sane interrogasti : oportuit
rem praenarrasse me. emit quendam Phaedria
eunuchum quem dono huic daret. *SE.* quoi ? *PA.* Thaidi.
SE. emit ? perii hercle. quanti ? *PA.* viginti minis.
SE. actumst. *PA.* tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.
SE. hem quid ? amat ? an scit ill' iam quid meretrix siet ?
an in astu venit ? aliud ex alio malum !

969 -iam *A* si sapis p^1: satis D^1L^1 970 narrato γD^2p^2 omnem rem ordine p^1 (*cf. ad Haut.* 706) sit γ Sc. v] Demea senex *A* : Laches senex Σ (*cf. Don.* 'apud Menandrum Simon dicitur') 971 -di *etiam Charis.* 142 : -dum *A* (*corr. Iov.*) 973 fi. coe. *Eutyches* 450 nam ubi me fort(e) satias cepit co. lo. *Nonius* 172 (*ex suo exemplari*) 974 sed ne est *v* *an* illic (*nom.*) ? no. *om.* γ (*superscr. schol. in* ηε) 976 hem *ADL* *A* : -nisse Σ ere *om.* $C^1P^1F^1v^1$ 977 hem (ehem) *om.* $AC^1P^1EF^1$ 978 D^1Lp : qu. tr. (*om.* est qu.) *A* : qu. est qu. tu tr. γD^2 : qu. est qui tu tr. ε salve] 'adverbium est producta E littera' *Don.* 979 id *om.* *A* 981 nam op. *A* 984 PA. hercle SE. quanti *L* 985 tunc δ 986 ille iam q. *pE* : ille q. iam *DL* : iam ille q. *cett.* : ille q. *Priscian.* ii. 73 987 in *etiam Don. ad* 923, *Gramm.* : is *A*

PA. ere, ne me spectes: mĕ ĭnpulsore haec non facit.
SE. omitte de te dicere. ego te, furcifer,
si vivo . . ! sed ĭstuc quidquid est primum expedi.
PA. is prŏ ĭllo eunucho ad Thaidem hanc deductus est.
SE. pro eunuchon? *PA.* sic est. hunc pro moecho postea
conprendere intus et constrinxere. *SE.* occidi.
PA. audaciam meretricum specta. *SE.* numquid est
aliud mali damnive quod non dixeris
relicuom? *PA.* tantumst. *SE.* cesso huc intro rumpere?—
PA. non dubiumst quin mi magnum ex hac re sit malum;
nisi, quia necessu' fuit hoc facere, id gaudeo
propter me hisce aliquid esse eventurum mali.
nam iamdiu aliquam causam quaerebat senex
quam ob rem insigne aliquid faceret îs: nunc repperit.

PYTHIAS PARMENO vi

PY. Numquam edepol quicquam iamdiu quod mage vellem evenire
mi evenit quam quod modo senex intro ad nos venit errans.
mihi solae ridiculo fuit quae quid timeret scibam.
PA. quid hŏc autemst? *PY.* nunc id prodeo ut conveniam Parmenonem.
sed ubi obsecro est? *PA.* me quaerit haec. *PY.* atque eccum video: adibo.
PA. quid est, inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin? *PY.* perii:
defessa iam sum misera te ridendo. *PA.* quid ita? *PY.* rogitas?

991 hanc *om.* *A* 996 rum. *testatur Nonius* 382: inrum. $\gamma D^2 p$ 998 'necessus nomen est' *Don.*: necesse Σ: 'et necessis et necessitas et necessum lectum est' *Don.* (?) 999 mali vent. *DL* vent. D^1LpE (*recte*?) 1000 diu iam *DL* 1001 al. ins. γ (*praeter E*) 1004 -lum *DLE* (*non Priscian.* ii. 7) 1005 au. hoc est δE 1008 iam *om.* *v* sum iam *pE* rid. te γ (*praeter E* te derid.) rogas *A*

numquam pol hominem stultiorem vidi nec videbo. ah
non possum sati' narrare quos ludos praebueris intus
[de sene quem fecisti ingredi pulsantem ut⟨i⟩ senes solent].
at etiam primo callidum et disertum credidi hominem.
quid? ilicone credere ea quae dixi oportuit te?
an paenitebat flagiti, te auctore quod fecisset
adulescens, ni miserum insupēr etiam patri indicares?
nam quid ĭlli credis animi tum fuisse, ubi vestem vidit
illam esse eum indutum pater? quid ĕst? iam scis te perisse?
PA. ehem quid dixti, pessuma? an mentita es? etiam rides?
ităn lepidum tibi visumst, scelus, nos inridere? *PY.* nimium.
PA. siquidem istuc inpune habueris . .! *PY.* verum? *PA.* reddam hercle. *PY.* credo:
sed in diem istuc, Parmeno, est fortasse quod minare.
tu iam pendebi' qui stultum adulescentulum nobilitas
flagitiis et eundem indicas: uterque in te exempla edent.
PA. nullus sum. *PY.* hic pro illo munerē tibi honos est habitus: abeo.
PA. egomet meo indicio miser quasi sorex hodie perii.

vii GNATHO THRASO PARMENO

GN. Quid nunc? qua spe aut quo consilio huc imu'? quid coeptas, Thraso?
TH. egone? ut Thaidi me dedam et faciam quod iubeat. *GN.* quid est?

1009 neque δE 1010 non sa. potest γ (*praeter* E) : non potest sa. δE : *an* non pote sum sa.? -ari Σ *post* intus *add.* de . . solent L^2E (*gloss. in* $CDv\eta$) 1011 et $A\delta$: ac γ hom. cr. A 1014 pa. ins. eti. pE 1016 est *del. Bentley* 1017 an] ah E 1020 minitare γ (*praeter* E^1), Lp^2E^2, *Arusian.* 487 (-ris) 1021 st. istum ad. $\delta\epsilon^2$: istum ad. E denob. A^2 *ut vid.* (nob. *man.* 1) 1022 ex. in te Σ edet (*et* edent) *Don.* 1023 tibi mu. γ (*praeter* E) est *om.* DG 1025 nunc est D^2, *schol.* E

TH. qui minu' quam Hercules servivit Omphalae? *GN.* exemplum placet.
(utinam tibi conmitigari videam sandalio caput!)
sed fores crepuerunt ab ea. *TH.* perii: quid hŏc autemst mali?
hunc ego numquam videram etiam: quidnam hic properans prosilit?

CHAEREA PARMENO GNATHO THRASO viii

CH. O populares, ecqui' me hodie vivit fortunatior?
nemo hercle quisquam; nam in me plane di potestatem suam
omnem ostendere quoi tam subito tot congruerint commoda.
PA. quid hĭc laetus est? *CH.* o Parmeno mi, o me͡arum volŭptatum omnium
inventor inceptor perfector, scis me in quibu' sim gaudiis?
scis Pamphilam me͡am inventam civem? *PA.* audivi. *CH.* scis sponsam mihi?
PA. bene, ita me dĭ ament, factum. *GN.* audin tu, hic quid ait? *CH.* tum autem Phaedriae
me͡o fratri gaudeo esse amorem omnem in tranquillo: unast domus;
Thais patri se commendavit, in clientelam et fidem
nobis dedit se. *PA.* fratris igitur Thai' totast? *CH.* scilicet.
PA. iam hoc aliud est quod gaudeamu': miles pelletur foras.

1029 TH. perii *om.* *A* 1030 hic] hinc CPp^2 1031 me vi. ho. *DLpE* : vi. me ho. *G* 1033 qua *A* (qui *Iov.*) sub.] cito D^1GL contigerunt $\gamma D^2G^2p^2$: congruerunt D^1L 1034 qui $E^2F^1\epsilon^1$ 1035 scin me $CP^1F\epsilon$: scisne D^1GL : scin ne p^2v 'abundat me' *Don.* 1037 di bene am. CPG^1pFv GN.] TH. CP^1F^1 1038 am. omn. esse *A* 1039 se pa. C^1 (-is), $PFv\epsilon$ 1041 al. quod (*ex* quid) est *G* : al. quidem D^1L -itur *AGL*

CH. tu frater ubi ubi est fac quam primum haec audiat. *PA.* visam domum.—
TH. numquid, Gnatho, tu dubitas quin ego nunc perpetuo perierim?
GN. sine dubio opinor. *CH.* quid commemorem primum aut laudem maxume?
illumne qui mihi dedĭt consilium ut facerem, an me qui id ausu' sim
incipere, an fortunam conlaudem quae gubernatrix fuit,
quae tot res tantas tam opportune in unum conclusit diem,
an me͡i patris festivitatem et facilitatem? o Iuppiter,
serva obsecro haec bona nobis!

ix PHAEDRIA CHAEREA THRASO GNATHO

PH. Di vostram fidem, incredibilia
Parmeno modo quae narravit. sed ubist frater? *CH.* praesto adest.
PH. gaudeo. *CH.* sati' credo. nil est Thaide hac, frater, tua
digniu' quod ametur: ita nostrae omnist fautrix familiae. *PH.* hui
mihi ĭllam laudas? *TH.* perii, quanto minu' spe͡i 'st tanto magis amo.
obsecro, Gnatho, in te spes est. *GN.* quid vis faciam? *TH.* perfice hoc
precibu' pretio ut haeream in parte aliqua tandem apŭd Thaidem.
GN. difficilest. *TH.* siquid conlubitum, novi te. hoc si feceris,

1042 tum tu fr. γp 1043 tu *om.* Σ (*praeter p*) nunc *del. Iov.* 1045 illum *Iov.* Σ co. m. de. *G* id *om. Iov.* γD^2L 1049 *nova scaena in CPFε* 1050 adest *testatur Arusian.* 499 : est *Iov.* 1052 PH. *om.* C^1P^1F hui *om.* AD^1p^1 1053 PH. mihi C^1P^1F : PH. mihin *A* (-hi *Iov.*) min. sp. mihi est *CFvε* (*non Serv. in Ecl.* viii. 43) 1056 -les *A* (*corr. Iov.*) -bitum *Iov.* : -bitum est facile est D^1Lp^1 (*in G glossa amplior irrepsit*) : -buit *cett.* *A Nonius* 358 : effec. Σ (*G* efferis)

quodvis donum praemium a me optato: id optatum auferes.
GN. itane? *TH.* sic erit. *GN.* si efficio hoc, postulo ut mihi tua domus
te praesente absente pateat, invocato ut sit locus
semper. *TH.* do fidem futurum. *GN.* adcingar. *PH.* quĕm ego hic audio?
o Thraso. *TH.* salvete. *PH.* tu fortasse quae facta hic sient
nescis. *TH.* sciŏ. *PH.* quor te ergo in his ego conspicor regionibus?
TH. vobis fretu'. *PH.* scin quam fretu'? miles, edico tibi,
si te in platea offendero hac post umquam, quod dicas mihi
"alium quaerebam, iter hac habui": periisti. *GN.* heia haud sic decet.
PH. dictumst. *TH.* non cognosco vostrum tam superbum . . *PH.* sic ago.
GN. prius audite paucis: quod quom dixero, si placuerit,
facitote. *CH.* audiamu'. *GN.* tu concede paullum istuc, Thraso.
principio ego vos ambos credere hoc mihi vehementer velim,
mĕ hŭiu' quidquid facio id facere maxume causa mea;
verum sĭ idem vobis prodest, vos non facere inscitiast.
PH. quid id est? *GN.* militem rivalem ego recipiundum censeo. *PH.* hem

1057 pr. do. a me *Nonius* 358: do. a me pr. *DLpE*: do. a me et pr. *G* optatum id optato *DL* *A*: feres *Iov.* Σ (*recte*?) 1058 tua m. do. *CPFε*: tua do. m. *v* 1059–60 sit sem. lo. mihi *G* 1060 facturum *Iov. Ev*: futuram C^1P^1 1061 sunt *E, Serv. auct. in Aen.* i. 203 (hic fa. s.): sint *Aγ* (*praeter E*) 1062 te *om. A* (*add. Iov. post* his) -cior AG^1p^1: -cio *Iov.* CPp^2EFv 1063 scis *A* 1064 quod *etiam Don. et hic et ad* 785 ('deest "non est", ut sit non est quod'): nihil *Iov.*: nihil est quod Σ 1066 TH. AD^2E: GN. *cett.* PH.] CH. *A* ago *A*: erit *Iov.* Σ 1068 CH. *A*: PH. Σ 1069 mihi *om. A* (*add. Iov.*) volim DLp^1: volo $CPGp^2E^2Fv$ 1070 faciam *γ*: -io me *D* 1071 non id fa. *DGL*: id non fa. *pE* 1072 qu. est id *G*: qu. est *CPFvε* *Ap*: ego ri. *cett.*

recipiundum? *GN.* cogita modo: tu hercle cŭm ĭlla, Phaedria,
ut lubenter vivis (etenim bene lubenter victitas),
quod des paullumst et necessest multum accipere Thaidem.
ut tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo ad
omnia haec, magis opportunu' nec magis ex usu tuo
nemost. principio et habet quod det et dat nemo largius.
fatuos est, insulsu' tardu', stertit noctes et dies:
neque ĭstum metuas nĕ amet mulier: facile pellas ubi velis.
CH. quid agimus? *GN.* praeterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,
accipit homo nemo meliu' prorsu' neque prolixius.
CH. mirum nĭ ĭlloc homine quoquo pacto opust. *PH.* idem ego arbitror.
GN. recte facitis. unum etiam hoc vos oro, ut mĕ ĭn vostrum gregem
recipiati': sati' diu hoc iam saxum vorso. *PH.* recipimus.
CH. ac lubenter. *GN.* at ego prŏ ĭstoc, Phaedria et tu Chaerea,
hunc comedendum vobis propino et deridendum. *CH.* placet.
PH. dignus est. *GN.* Thraso, ubi vis accede. *TH.* obsecro te, quid agimus?
GN. quid? ĭsti te ignorabant: postquam îs mores ostendi tuos

1073 Ph. *om.* D^1GL 1074 ut] et $A\gamma D^2p^1$: *om.* *G* benivolenter *v* 1075 paullum] paululum ω et *om.* *A* (*add. Iov.*) 1076 -are *etiam Don.* ('aut pro suppeditari aut deest se'): -ari *A* (*corr. Iov.*) ad *initio* 1077 *PGv*: *del. edd.* 1077 *om.* ϵ 1078 ne. potest p^2EFv^1 1079 instultus *Iov.* noctesque et dies *Iov.* δE 1082 accepit *D* hominem n. $C^2P^2D^2GL^2pEFv\epsilon$ 1083 PH. . . CH. Σ mirumne $D^1G^1Lp^1$ quoque D^1G 1084 hoc *om.* Σ adoro *D* v. in gr. *G* 1085 iam hoc $CPFv\epsilon$ volvo P^1E^2v : volvo *ex* verso volvo *F* recipiamus D^1GLE^2 1086 CH. *om.* *A* 1087 h. co. et diridendum vo. pr. A^2 (?): h. co. et der. vo. pr. Σ : h. vo. co. [et bibendum] et der. pr. *Nonius* 33 propinabo (*ex* -nebo) C^1, *schol.* *P*: prebebo $C^2P^1p^2EFv\epsilon$: praebeo D^2L 1088 ita dig. C^2G^2E, *schol.* *F* acc. ubi vis δE 1089 qu. is.? GN. te *Phillimore* ign. sed po. δE

et conlaudavi secundum facta et virtutes tuas,
impetravi. *TH.* bene fecisti : gratiam habeo maxumam.
numquam etiam fui usquam quin me omnes amarent plurimum.
GN. dixin ego in hŏc esse vobis Atticam elegantiam ?
PH. nil praeter promissum est. ite hac. *CANTOR.* vos valete et plaudite !

1090 co. te sec. DG^2 1092 -rint CPp^2Fv 1093 inesse *CPFε* eloquentiam *CP, schol. G,* Lp^2Fv *Don.* (?), *Eugr.* 1094 GN. ite hac Σ *Don.* et *om.* C^2PLFv

PHORMIO

DIDASCALIA

INCIPIT TERENTI PHORMIO : ACTA LVDIS ROMANIS L · POSTVMIO ALBINO L · CORNELIO MERVLA AEDILIBVS CVRVLIBVS : EGERE L · AMBIVIVS TVRPIO L · HATILIVS PRAENESTINVS : MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS INPARIBVS TOTA : GRAECA APOLLODORV EPIDICAZOMENOS : FACTA IIII C · FANNIO M · VALERIO COS ·

---

1 Rom.] Megalensibus *A* (*cf. Don.*) 2–3 L. Post. . . curul.] Q. Caspione (*i. e.* Caep.) Gn. Servilio cos. *A* 3–5 egere . . tota *om. A* 5 tib. Serranis *L* (*cf. Don.*) totam *C^1PLpF* (*cf. Don.*) 6 fa. est *A* 6–7 C. Fan. . . cos. *om. A* 7 M. *om. C^1Lv*

Phorm. habent : ACD (praeter 588-633), E (praeter 900-1055), η (praeter 1-643, 749-820, 856-63), F (praeter 832-1055), G (praeter 779-1055), LPp (praeter init.-25), v

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

Chremetis frater aberat peregre Demipho
relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni uxorem et filiam,
Athenis aliam coniugem et amantem unice
fidicinam gnatum. mater e Lemno advenit
Athenas; moritur; virgo sola (aberat Chremes)
funus procurat. ibi eam visam Antipho
cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.
pater et Chremes reversi fremere. dein minas
triginta dant parasito, ut illam coniugem
haberet ipse: argento hoc emitur fidicina.
uxorem retinet Antipho a patruo adgnitam.

PERI. 1 Chremes *A* abierat *D^2LEFv* 3 clam *om. A* et] ac Σ 4 unicam *A* 5 gnatam phidicinam *A* 6 Athenis *L^1F^1* so. vir. *D*

PERSONAE

(Prologvs)
Davos Servos
Geta Servos
Antipho Advlescens
Phaedria Advlescens
Demipho Senex
Phormio Parasitvs

Hegio, Cratinvs, Crito } Advocati
Dorio Leno
Chremes Senex
Sophrona Nvtrix
Navsistrata Matrona
(cantor)

PROLOGVS

Postquam poeta vetu' poetam non potest
retrahere a studio et transdere hominem in otium,
maledictis deterrere ne scribat parat;
qui ita dictitat, quas ante hic fecit fabulas
tenui esse oratione et scriptura levi:
quia nusquam insanum scripsit adulescentulum
cervam videre fugere et sectari canes
et eam plorare, orare ut subveniat sibi.
quod si intellegeret, quom stetit olim nova,
actoris opera mage stetisse quam sua,
minu' multo audacter quam nunc laedit laederet
[et mage placerent quas fecisset fabulas].
nunc siquis est qui hoc dicat aut sic cogitet:
"vetu' si poeta non lacessisset prior,
nullum invenire prologum po[tui]sset novos
quem diceret, nisi haberet cui male diceret,"
is sibi responsum hoc habeat, in medio omnibus
palmam esse positam qui artem tractent musicam.
ille ad famem hunc a studio studuit reicere:
hic respondere voluit, non lacessere.
benedictis si certasset, audisset bene:
quod ab ĭllo adlatumst, sibi ĕsse rellatum putet.
de ĭllo iam finem faciam dicundi mihi,
peccandi quom ipse de se finem non facit.

2 ab *DGL* *Don., schol. Bemb.*: trad. *ω* 3 ne scr. det. *DGL* 4 *Bentley*: ante D^1G: antehac *cett.* 6 scr. ins. D^2 (ins. *om.* D^1) *GL* scr.] fecit *Don.* 11 audaciter *A* (*corr. Iov.*): -cter *etiam Priscian.* ii. 76 11ª *Iov.* Σ (*cf. Andr.* 3): *om. A* (*de Don. non liquet*) 12 dicet *Iov.* 13 non si po. *C*: po. si non δ 14 prŏlogum (*cf. Don. praef. Ph.* 11, *p.* 346) potu. *Kauer* 17 -ant *Iov.* Σ 18 *A*: ab Σ 21 ipso γD^2: illo *cett.* id s. e. *A*: se. e. id Σ rell. *Don.*: rel. *ω* 22 fatiat *E*

nunc quid velim animum attendite: adporto novam
Epidicazomenon quam vocant comoediam
Graeci, Latini Phormionem nominant
quia primas partis quĭ aget is erit Phormio
parasitu', per quem res geretur maxume
voluntas vostra si ad poetam accesserit.
date operam, adeste aequo animo per silentium,
ne simili utamur fortuna atque usi sumus
quom per tumultum noster grex motus locost:
quem actori' virtus nobis restituit locum
bonitasque vostra adiutans atque aequanimitas.

24 *post* ve. *distinguit Don.* 31 ni *A* (*corr. Iov.*) (*recte*?) 32 dum *E* mo. est lo. *DGL*: mo. a lo. est *EF*[2] 33 *vix* -uet

ACTVS I

DAVOS i

Amicu' summu' meus et popularis Geta
heri ad me venit. erat ěī de ratiuncula
iampridem apud me relicuom pauxillulum
nummorum : id ut conficerem. confeci : adfero.
năm erilem filium eiu' duxisse audio
uxorem : ěī credo munus hoc conraditur.
quăm inique comparatumst, î qui minus habent
ut semper aliquid addant ditioribus !
quod ĭlle unciatim vix de demenso suo
suom defrudans genium conpersit miser,
id ĭlla univorsum abripiet, haud existumans
quanto labore partum. porro autem Geta
ferietur alio munere ubi era pepererit ;
porro autem alio ubi erit puero natalis dies ;
ubi initiabunt. omne hoc mater auferet :
puĕr causa erit mittundi. sed videon Getam ?

GETA DAVOS ii

GE. Siquis me quaeret rufu' . . *DA.* praestost, desine. *GE.* oh
at ego obviam conabar tibi, Dave. *DA.* accipe, em :
lectumst ; conveniet numeru' quantum debui.
GE. amo te et non neglexisse habeo gratiam.
DA. praesertim ut nunc sunt mores : adeo res redît :
siquis quid reddit magna habendast gratia.

38 ut *om.* DF^1 : *an* uti ? 43 e *ex* de *D* 44 -par- Σ 45 erip. *G* 46 la. sit pa. δ (*pro* -borest pa. ?) 48 al. au. Σ (*praeter G*) 49 omnia haec D^1L offeret D^1L^1 50 puero *A* (*corr. Iov.*) mitt. *etiam Don.* : amitt. LF^2 : omitt. *E* 51 qu. me δ : me quaerit *C* 55 DA. *om. A* (*add. Iov., cf. Don.*)

sed quid tu es tristis? *GE.* egone? nescis quŏ ĭn metu et
quanto in periclo simu'! *DA.* quid ĭstuc est? *GE.* scies,
modo ut tacere possis. *DA.* abĭ sis, insciens:
quoi(u)s tu fidem in pecunia perspexeris,
verere verba e͡i credere, ubi quid mihi lucrist
te fallere? *GE.* ergo ausculta. *DA.* hanc operam tibi dico.
GE. seni' nostri, Dave, fratrem maiorem Chremem
nostin? *DA.* quidni? *GE.* quid? eiu' gnatum Phae-
driam?
DA. tam quam te. *GE.* evenit senibus ambobus simul
iter illi in Lemnum ut esset, nostro in Ciliciam
ad hospitem antiquom. is senem per epistulas
pellexit modo non montis auri pollicens.
DA. quoi tanta erat res et supererat? *GE.* desinas:
sic est ingenium. *DA.* oh regem mĕ ĕsse oportuit!
GE. abeuntes ambo hic tum senes me filiis
relinquont quasi magistrum. *DA.* o Geta, provinciam
cepisti duram. *GE.* mi usu venit, hoc scio:
memini relinqui me deo irato meo.
coepi advorsari primo: quid verbis opust?
seni fideli' dum sum scapulas perdidi.
DA. venere in mentem mi istaec: "namque inscitiast
advorsu' stimulum calces." *GE.* coepi îs omnia
facere, obsequi quae vellent. *DA.* scisti uti foro.
GE. noster mali nil quicquam primo; hic Phaedria

57 DA. sed *A* (*corr. Iov.*) 59 *an* uti? 61 ei verba *LEFv* 62 dico] dabo *PE* (*non Don.*) 65 sensibus C^1P^1 66 in Lemno *A* 69 qui (*dat.*) *Don.* (*cf. ad Andr.* 167) et erat super *A* (*corr. Iov.*) 70 si *p* oh] hui *p* me *om.* D^1L 'me acue' *Don.* 71 hinc *Iov.* Σ ('et hinc et hic legitur' *Don.*?) tum me se. suis fi. D^2 fi. suis *p* 73 GE. *om. A* (*add. Iov.*), *cf. ad* 77 (*unde elicitur haec distributio*: DA. 72 o Geta . . 76, 77 namque [*cf. Don.*] . . 78 calces; GE. 77 venere . . istaec, 78 coepi . . 79 vellent) C^2D^2pF: usus AC^1PD^1 (*recte*?): per usum *GLE*: usum *v* evenit AD^2 74 me a deo *schol. D*, F^1 75 coe. his (iis) *Iov.*, *schol. C*, (C^1) primum *G* 77 michi in men. *E* GE. ven. . . DA. namque *A* (*corr. Iov.*) 78 is ea omn. *Iov.* 80 qu. ni. *E*

continuo quandam nactus est puellulam
citharistriam, hanc ardere coepit perdite.
ea serviebat lenoni inpurissimo,
neque quod daretur quicquam ; id curarant patres.
restabat aliud nil nisi oculos pascere,
sectari, in ludum ducere et redducere.
nos otiosi operam dabamus Phaedriae.
in quo haec discebat ludo, exadvorsum ilico
tonstrina erat quaedam : hic solebamus fere
plerumque eam opperiri dum inde iret domum.
interea dum sedemus illi, intervenit
adulescens quidam lacrumans. nos mirarier :
rogamu' quid sit. "numquam aeque" inquit "ac modo
paupertas mihi onu' visumst et miserum et grave.
modo quandam vidi virginem hic viciniae
miseram suam matrem lamentari mortuam.
ea sita erat exadvorsum neque ĭlli benivolus
neque notu' neque vicinus extra unam aniculam
quisquam aderat qui adiutaret funu' : miseritumst.
virgo ipsa facie egregia." quid verbis opust ?
commorat omnis nos. ibi continuo Antipho
"voltisne eamu' visere ?" alius "censeo :
eamu' : duc nos sodes." imus venimus
videmu'. virgo pulchra, et quo mage diceres,
nil aderat adiumenti ad pulchritudinem :
capillu' passu', nudu' pes, ipsa horrida,
lacrumae, vestitu' turpis : ut, ni vis boni

81 puellam *GEF* 82 ardere *Arruntius Celsus* (*ut vid.*) *ap. Charis. p.* 213 *K.* : amare *ω* ard. *et* per.] *de Donato non liquet* 84 quid *A* 87 op. ot. *G* 88 ex adverso *AP*²*F*² (*non Don.*) ei loco *Iov.* Σ (*recte* ?) : ilico *A* (*cf. Don.* 'ei loco legitur et illico') : in loco *D*¹ : loco *Gellii codd.* vi. 7. 4 91 *A Don.* : illic *Iov.* Σ (*praeter D*¹*G* illuc) 95 huic Σ (*praeter C*¹*P*¹) 97 ex advorso (-ver-) *Iov.* Σ -lens *Iov.* Σ 98 vic. *δ* (*cf. Don.*) : cognatus *Aγ* ancillulam *A* (*corr. Iov.*) 99 *A* : adiuvaret Σ 101 nos omn. *E* 105 erat *CD*¹*GL* (*non Don.*) 107 vi b. *A*

in ipsa inesset forma, haec formam exstinguerent.
ill' quĭ ĭllam amabat fidicinam tantummodo
"satis" inquit "scitast"; noster vero . . *DA.* iam scio:
amare coepit. *GE.* scin quam? quŏ ĕvadat vide.
postridie ad anum recta pergit: obsecrat
ut sibi ĕiu' faciat copiam. illa enĭm se negat
neque eum aequom facere ait: illam civem esse Atticam,
bonam bonis prognatam: sĭ ŭxorem velit,
lege id licere facere: sin aliter, negat.
noster quid ageret nescire: et ĭllam ducere
cupiebat et metuebat absentem patrem.
DA. non, si redisset, e͡i pater veniam daret?
GE. ille indotatam virginem atque ignobilem
daret illi? numquam faceret. *DA.* quid fit denique?
GE. quid fiat? est parasitu' quidam Phormio,
homo confidens: quĭ ĭllum di omnes perduint!
DA. quid ĭs fecit? *GE.* hoc consilium quod dicam dedit:
"lex est ut orbae, qui sint genere proxumi,
îs nubant, et ĭllos ducere eadem haec lex iubet.
ego te cognatum dicam et tibi scribam dicam;
paternum amicum me adsimulabo virginis:
ad iudices veniemu': qui fuerit pater,
quae mater, qui cognata tibi sit, omnia haec
confingam, quod erit mihi bonum atque commodum;
quom tu horum nil refelles vincam scilicet:
pater aderit: mihi paratae lites: quid mea?
illa quidem nostra erit." *DA.* iocularem audaciam!
GE. persuasit homini: factumst: ventumst: vincimur:

108 in *om.* $C^1PD^1GLF^1v$ (*non Don.*) esset *E* 110 scita in. *γ*: in. scita *δ* (*cf. Fest.* 444) est *om.* Σ 111 sic inquam p^1 *in mg.* (*cf. Nonii codd.* 293, 2) 114 eum *om.* D^1GL ait fac. *Aδ* (*recte?*) 117 Σ: faceret *A* 120 illene *Iov.* Σ 122 faciat *A* (*corr. Iov.*): fiet E^1Fv 125 quae F^1v sunt PE^1 -mae F^1v 127 di. (*alt.*) *om. GE* 128 me am. *GE* 129 erit *P* 130 ma. unde qui *DG* cognati *AL* sint *L* h. omn. *E* 132 vincat *A* 135 Σ: persuasumst *A*

duxit. *DA.* quid narras? *GE.* hoc quod audis. *DA* o Geta,
quid te futurumst? *GE.* nescio hercle; unum hoc scio,
quod fors feret feremus aequo animo. *DA.* placet:
em ĭstuc virist officium. *GE.* in mĕ ŏmni' spes mihist.
DA. laudo. *GE.* ad precatorem adeam credo qui mihi
sic oret: "nunc amitte quaeso hunc; ceterum
posthac si quicquam, nil precor." tantummodo
non addit: "ubi ego hinc abiero, vel ŏccidito."
DA. quid paedagogus ille qui citharistriam,
quid rê̂i gerit? *GE.* sic, tenuiter. *DA.* non multum habet
quod det fortassĕ? *GE.* immo nil nisi spem meram.
DA. pater ei(u)s rediit an non? *GE.* nondum. *DA.* quid? senem
quoad exspectati' vostrum? *GE.* non certum scio,
sed epistulam ab eo adlatam esse audivi modo
et ăd portitores esse delatam: hanc petam.
DA. numquid, Geta, aliud me vis? *GE.* ut bene sit tibi.
puer, heus. nemon hoc prodit? cape, dă hŏc Dorcio.

ANTIPHO PHAEDRIA iii

AN. Adeon rem redisse ut qui mi consultum optume velit esse,
Phaedria, patrem ut extimescam ubi ĭn mentem ei(u)s adventi venit!
quod ni fû̂issem incogitans, ita eum exspectarem ut par fuit.

138 fert *CP* 140 abeam (*gl.* pergam) Σ (*praeter G* pergam (*gl.* abeam) 141 am. *etiam Don* : omitte Σ (*praeter p* mitte) 143 addet G^2F^1v 145 geret AG^1 : erit *C* : Geta F^1 146 *an* fortassis? n. habet nisi *Nonius* 344 148 spectatis *A* 150 hanc *om. A* (*add. Iov.*) 152 huc Σ 153 rem meam *E* vellet *A* (*corr. Iov.*) 154 ut *om.* D^2v -ntus $CPD^2G^2LE^1Fv$ *Iov.* Σ *Don.* : veniat *A* 155 quid GF^2 essem *ex* fuissem A^1 eum *om. A* (*add. man. 2*)

PH. quid ĭstuc [est]? *AN.* rogitas, qui tam audaci' facinori' mihi conscius sis?
quod utinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset
neu me cupidum eo inpulisset, quod mihi principiumst mali!
non potitus essem: fuĭsset tŭm ĭllos mi aegre aliquot dies,
at non cotidiana cura haec angeret animum, *PH.* audio.
AN. dŭm ĕxspecto quam mox veniat qui adimat hanc mi consuetudinem.
PH. aliis quia defit quod amant aegrest; tibi quia superest dolet:
amore abundas, Antipho.
nam tua quidem hercle certo vita haec expetenda optandaque est.
ita me di bene ament ut mihi liceat tam diu quod amo frui,
iam depecisci morte cupio: tu conicito cetera,
quid ego ĕx hac inopia nunc capiam et quid tŭ ĕx ista copia,
ut ne addam quod sine sumptu ingenuam, liberalem nactus es,
quod habes, ita ut voluisti, uxorem sine mala fama palam:
beatu', ni unum desit, animu' qui modeste istaec ferat.
quod si tibi res sit cum eŏ lenone quo mihist tum sentias.
ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet paenitet.
AN. at tu mihi contra nunc videre fortunatus, Phaedria,
quoi de integro est potestas etiam consulendi quid velis:
retinere amare amittere; ego in eum incidi infelix locum
ut neque mihi [ei(u)s] sit amittendi nec retinendi copia.
sed quid hŏc est? videon ego Getam currentem huc advenire?

156 *an* istucst? 157 ne *etiam Don.*: in *A* (*corr. Iov.*): nec *DL* mente *Gv* 161 ha. m. ad. γ (*recte?*) aegritudinem D^1Gp 164 certe *Iov.*: pro certo *E* vi. ce. exp. δ (vi. ce. haec exp. D^2L^2) 166 -pic- $AC^1P^1D^1L^1$ 168 ac lib. *DGL*, *schol. E* 169 ut *om. A* (*add. Iov.*): *an* uti? *post* fama *dist. Don.*, *Iov.* 170 ne *A*: num *E* un. hoc de. γGL^2 an. *om. A* (*add. Iov.*) 171 quod] et *Don.* res c. e. l. s. γ quocum Σ 172 *om. A* (*add. Iov.*) ing. su. omn. *etiam Gell.* xx. 6, 4; *Nonius* 501, 20 175 *post* ret. *dist. Don.* inf. inc. in eum *P*: inf. in eum inc. *G* 176 eius *Iov.* Σ (*praeter* F^1v ius): *om. A Don. ad* 175, *Serv. ad Aen.* xi. 699 177 est hoc *Fv*: est *C* ego *om. p*

is ĕst ipsus. ei, timeo miser quăm hĭc mihi nunc nuntiet rem.

GETA ANTIPHO PHAEDRIA iv

GE. Nullus es, Geta, nisi iam aliquod tibi consilium celere reperis,
ita nunc inparatum subito tanta te inpendent mala;
quae neque uti devitem scio neque quo modo me inde extraham,
quae si non astu providentur me aut erum pessum dabunt;
nam non potest celari nostra diutius iam audacia.
AN. quid ĭllic commotus venit?
GE. tum temporis mihi punctum ad hanc rem est: erus adest. *AN.* quid ĭlluc malist?
GE. quod quom audierit, quod ĕiu' remedium inveniam iracundiae?
loquarne? incendam; taceam? instigem; purgem me? laterem lavem.
heu me miserum! quom mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi:
ei(u)s me miseret, eî nunc timeo, is nunc me retinet: nam absque eo esset,
recte ego mihi vidissem et senis essem ultus iracundiam:
aliquid convasassem atque hinc me conicerem protinam in pedes.
AN. quăm hic fugam aut furtum parat?

178 is ip. est *G*: is est ip. est *DLp* ei *om.* δ: et *EF*[2]*v* miser *ex* misero *A* nunc *om. APEF* 179 tibi *om. L Prisciani codd.* i. 152, i. 335: mihi, *schol. D*, *schol. EF*[1] 'ce. neutraliter dicitur' *Don.* reppereris (repe-) *D*[2]*GLpEv* 181 nec quo *Iov.* γ abstraham *CP*[1] 181[a] (= *Andr.* 208) *AD*[1]*L*[1]*p*: *post* 182 *CPD*[2]*GL*[2]*EFv* 182 iam di. *L*: di. *ADGp* 183 *AG*: quidnam ille (*iamb. dim.*) *Iov.* Σ (*praeter G*) 184 tibi *E* illud Σ 187 eheu *ACP*, *schol. E* 188 eius] ei *Iov.* me (*prius*) *om. G* (*recte*?) essem *Iov. D*[2]*G* 189 egomet δ provid. *Iov.* δ (*non Don.*) 190 -sissem *A* (*corr. Iov.*), *etc.* -nam *Don.*, *Fest.* 253: -nus ω 191 hinc *A* (*corr. Iov.*)

GE. sed ubi Antiphonem reperiam, aut qua quaerere insistam via?
PH. te nominat. *AN.* nescioquod magnum hoc nuntio exspecto malum. *PH.* ah
sanus es? *GE.* domum ire pergam: ibi plurimumst.
PH. revocemus hominem. *AN.* sta ilico. *GE.* hem
sati' pro imperio, quisquis es. *AN.* Geta. *GE.* ipsest quem volui obviam.
AN. cedo quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi.
GE. faciam. *AN.* eloquere. *GE.* modo apŭd portum . . *AN.* me͡umne? *GE.* intellexti. *AN.* occidi. *PH.* hem . .
AN. quid agam? *PH.* quid ais? *GE.* hui(u)s patrem vidisse me et patruom tuom.
AN. nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inveniam miser?
quod si eŏ me͡ae fortunae redeunt, Phanium, abs te ut distrahar,
nullast mihi vita expetenda. *GE.* ergo istaec quom ita sunt, Antipho,
tanto mage te advigilare aequomst: fortis fortuna adiuvat.
AN. non sum apud me. *GE.* atqui opus est nunc quom maxume ut sis, Antipho;
nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur
commeruisse culpam. *PH.* hoc verumst. *AN.* non possum inmutarier.

192 viam AG^1F^1 193 ah *om.* γ 194 sanusne (*i.e.* sanun?) AD^1Lp: sanun *Don. ut vid.* ubi *schol. C, F* 194–5 *revera unus versus* (*systema*) 195 AN. *om. A* (*add. Iov.*) 197 pot. tu uno ver. ex. *DGL*: pot. uno ver. ex. *p*: pot. ver. ex. uno P^2: 'deest uno' *Don.* 198 aput *ex* a (*i.e.* ad?) *A* intellextin *LEFv* PH.] GE. Σ (*non Don.*) 199 agis *Iov.* (?), L^1F^1v et *om. Iov.* Σ 200 nunc *om. A* 202 sint Σ 203 vig. *G* (*non Don.*) 204 GE.] PH. D^1G op. sit L^2 n. tum ma. P^2 206 PH.] GE. D^1

GE. quid faceres si aliud quid graviu' tibi nunc faciundum foret?
AN. quom hoc non possum, illud minu' possem. *GE.* hoc nil est, Phaedria: ilicet.
quid hĭc conterimus operam frustra? quin abeo? *PH.* et quidem ego? *AN.* obsecro,
quid si adsimulo? satinest? *GE.* garris. *AN.* voltum contemplamini: em
satine sic est? *GE.* non. *AN.* quid si sic? *GE.* propemodum. *AN.* quid sic? *GE.* sat est:
em ĭstuc serva: et verbum verbo, par pari ut respondeas,
ne te iratu' sŭis saevidicis dictis protelet. *AN.* scio.
GE. vi coactum te esse invitum. *PH.* lege, iudicio. *GE.* tenes?
sed hĭc quis est senex quem video in ultima platea? ipsus est.

AN. non possum adesse. *GE.* ah quid agis? quŏ abis Antipho?
mane inquam. *AN.* egomet me novi et peccatum meum:
vobis commendo Phanium et vitam meam.—
PH. Geta, quid nunc fiet? *GE.* tu iam litis audies;
ego plectar pendens nisi quid me fefellerit.
sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
id nosmet ipsos facere oportet, Phaedria.
PH. aufer mi "oportet": quin tu quid faciam impera.
GE. meministin olim ut fuerit vostra oratio
in re incipiunda ad defendendam noxiam,

207 GE.] PH. *DG* aliquid gr. *p*: aliud gr. *A* 209 hic *om.* γ abeam $P^2D^2L^2F^2v$: abeamus *E* 210 -labo Σ GE.] PH. *G* em *om.* C^2P^2GLEF 211 quid sic] quid si sic Σ 212 ut *om.* *G* 213 prot. pater *Iov.* 214 esse te *G* PH. *et* GE. *om.* Σ 215 quis hic est Σ (quis est hic *E*) AN. ips. Σ *Don.* (*recte?*) 216 AN. *om.* Σ GE.] PH. *G* 217 mane mane $C^2DGLEFv$ (*recte?*) 221 quo $CP^1DL^1F^2$ nos hic δ*E* 223 quod CPD^2Fv 224 -sti *DG* 225 deferendam D^1v: deferundam F^1

iustam illam causam facilem vincibilem optumam?
PH. memini. *GE.* em nunc ipsast opus ea aut, siquid potest,
meliore et callidiore. *PH.* fiet sedulo.
GE. nunc prior adito tu, ego in insidiis hic ero
succenturiatu', siquid deficias. *PH.* age.

ACTVS II

i DEMIPHO PHAEDRIA GETA

DE. Itane tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo?
nec meum ĭmperium—ac mitto imperium—, non simultatem meam
revereri saltem! non pudere! o facinus audax, o Geta
monitor! *GE.* vix tandem. *DE.* quid mihi dicent aut quam causam reperient?
demiror. *GE.* atqui reperiam: aliud cura. *DE.* an hoc dicet mihi:
"invitu' feci. lex coegit"? audio, fateor. *GE.* places.
DE. verum scientem, tacitum causam tradere advorsariis,
etiamne id lex coegit? *PH.* illud durum. *GE.* ego expediam: sine!
DE. incertumst quid agam, quia praeter spem atque incredibile hoc mi optigit:
ita sum irritatus animum ut nequeam ad cogitandum instituere.

227 ea *om.* Σ potes *LpEFv* 229 subsidiis *DGp*E^2 230 cent. *A* (*corr. Iov.*) -cies Σ (*praeter p*) 232 imp. meum *E* ac *A*D^1*p*: age Σ (*cf. Don.* 'legitur et ac') 233 o (*alt.*) *om.* *E*F^1*v* 234 aut *om.* *A* (*add. Iov.*): ante *L*: at *F* 235 GE. *etiam Don.* repperi iam $C^2PD^2GL^2EFv$: repperiam iam C^1L^1 (repe- al. age *A* (*corr. Iov.*) anne Σ (*praeter p*) dicent Σ 236 au. et fa. Σ placet Σ (*praeter* C^1D^1) 238 PH.] GE. D^1G^1 (*cf. Don.*) 240–2 *om.* *A* (*suppl. Iov.*) 240 iratus *E*

quam ob rem omnis, quom secundae res sunt maxume, tum maxume
meditari secum oportet quo pacto advorsam aerumnam ferant,
pericla damna exsilia: peregre rediens semper cogitet
aut fili peccatum aut uxori' mortem aut morbum filiae
communia esse haec, fieri posse, ut ne quid animo sit novom;
quidquid praeter spem eveniat, omne id deputare esse in lucro.
GE. o Phaedria, incredibile[st] quantum erum ante eo sapientia
meditata mihi sunt omniā mea ĭncommoda eru' si redierit.
molendum esse in pistrino, vapulandum; habendae compedes,
opu' ruri faciundum, horum nil quicquam accidet animo novom.
quidquid praeter spem eveniet, omne id deputabo esse in lucro.
sed quid cessas hominem adire et blande in principio adloqui?
DE. Phaedriam meĩ fratri' video filium mi ire obviam.

PH. mi patrue, salve. *DE.* salve; sed ubist Antipho?
PH. salvom venire . . *DE.* credo; hoc responde mihi.
PH. valet, hic est; sed satin omnia ex sententia?

241 sunt res v max. (*alt.*) *om.* D^1GLpE tum max. *om.* v 243 ex. da. γ: da. *Cicero Tusc.* iii. 14, 30 red. *etiam Cic., Don.*: veniens D^1GL^1: reveniens p sem. secum co. *Cic.*: sem. cogites Σ (*praeter* D^1p^2) 245 fi. po. *etiam Don.*: fieri *om.* A (*add. Iov.*) com. es. h. nequid horum umquam accidat an. no. *Cic.* 246 -niet A (*cf.* 251) deputa inesse P^1 247 -le] *cf. ad* 643 quanto γ: quanta P^2D^2 ante eam *Don.* 249 mo. esse in AD^1GL^1: mo. mihi esse usque in CFL^2 (us. es.), v: mo. mihi est us. in PD^2 (est mi.), E: mo. mihi esse in p: mo. est (?) us. in *Iov.*: *cf. Don.* 'unde quidam non esse sed usque legunt' 253 fi. vi. δ 255 s. adv. C^1PF^2: s. te adv. $C^2\delta F^1v$: s. te adv. gaudeo E resp. hoc γ 256 satine A

DE. vellem quidem. *PH.* quid ĭstuc est? *DE.* rogitas, Phaedria?
bonas me absente hic confecistis nuptias.
PH. eho an id suscenses nunc illi? *GE.* artificem probum!
DE. egon illi non suscenseam? ipsum gestio
darĭ mi in conspectum, nunc sua culpa ut sciat
lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
PH. atqui nil fecit, patrue, quod suscenseas.
DE. ecce autem similia omnia! omnes congruont:
unum quom noris omnis noris. *PH.* haud itast.
DE. hic ĭn noxast, ille ad defendundam causam adest;
quom illest, hic praestost: tradunt operas mutuas.
GE. probe horum facta inprudens depinxit senex.
DE. nam nĭ haĕc ita essent, cŭm ĭllo haud stares, Phaedria.
PH. si est, patrue, culpam ut Antipho in se admiserit,
ex qua re minu' re͡i foret aut famae temperans,
non causam dico quin quod meritu' sit ferat.
sed siqui' forte malitia fretus sua
insidias nostrae fecit adulescentiae
ac vicit, nostra[n] culpa east an iudicum,
qui saepe propter invidiam adimunt diviti
aut propter misericordiam addunt pauperi?
GE. ni nossem causam, crederem vera hunc loqui.
DE. an quisquam iudex est qui possit noscere
tua iusta, ubi tute verbum non respondeas,
ita ut ille fecit? *PH.* functus adulescentulist

259 *A*: an tu id s. $\gamma D^2 G p v$ (ante id s.): an tu s. $D^1 L$ GE.] DE. *A* o art. Σ 260 DE. *om. A* 261 dare *G* 262 me *om.* $D G L p^2 E F v$ 263 atquin *A* 264 co. omn. *F*: co. *v* 265 un. cognoris Σ (*praeter* L^2), *Don.* (*recte*?) 266 hic iam in A^2 (?) (*non ps.-Ascon. in Verr.* II. ii. 31, *p.* 263) noxa $P^2 D^1 G^2 L p^2 E^2 F^1$: noxia *cett.* deferendam D^1 267 ille abest *A* (*non Don.*) hic *om. A* (*add. Iov.*) 269 haec *om. v* 270 in se] ipse *P* (*non Don.*) 271 fo. rei $C P^1$ m. aut fa. fo. aut rei te. *E*: m. aut fa. fo. rei te. *F*: m. aut fa. rei te. *v* 275 nostran *ex* nostra *AF* est *A* (*corr. man.* 2) 277 aut] et *L* 278 h. ve. *E* 281 *an* illic?

officium liberali': postquam ad iudices
ventumst, non potuit cogitata proloqui;
ita eum tum timidum ibi obstupefecit pudor.
GE. laudo hunc, sed cesso adire quam primum senem?
ere, salve: salvom te advenisse gaudeo. *DE.* oh
bone custos, salve, columen vero familiae,
quoi commendavi filium hinc abiens meum.
GE. iamdudum te omnis nos accusare audio
inmerito et mĕ ŏmnium horunc inmeritissimo.
nam quid mĕ in hac re facere voluisti tibi?
servom hominem causam orare leges non sinunt
neque testimoni dictiost. *DE.* mitto omnia;
dŏ ĭstuc "inprudens timuit adulescens"; sino
"tu servo's"; verum si cognata est maxume,
non fŭĭt necessum habere; sed ĭd quod lex iubet,
dotem dareti', quaereret alium virum.
qua ratione inopem potiu' ducebat domum?
GE. non ratio, verum argentum deerat. *DE.* sumeret
alicunde. *GE.* alicunde? nil est dictu facilius.
DE. postremo si nullo alio pacto, fenore.
GE. hui dixti pulchre! siquidem quisquam crederet
te vivo. *DE.* non, non sic futurumst: non potest.
egon illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
nil suave meritumst. hominem conmonstrarier
mihi ĭstum volo aut ubi habitet demonstrarier.
GE. nemp' Phormionem? *DE.* istum patronum mulieris.
GE. iam faxo hic aderit. *DE.* Antipho ubi nunc est?
GE. foris.

284 eum] enim *E* *Iov.* δ: ibi stup. *A*: obstup. γ -pē- *displicet* 290 *CPE^2v*: omn. horum nunc *F*: om. horum δE^1: horum omn. *A* horunc *etiam Don.* 291 vol. fac. *P* 293 est di. δ 294 do *Fleckeisen*: addo *A*: adde Σ (ad C^1; ad te *G*) 295 est] erat *Iov.* 296 C^1P^1: -sse *cett.* 300 dicto *A* (*corr. Iov.*) 301 si non al. δ vel f. C^2P^2DLEFv 302 dixisti (hui *in fine* 301) *Hauler* (*contra* ω) 304 egone *Iov.* Σ 305 -tust *Goveanus* (*non Don.*) 306 ipsum *Iov.* 308 nunc ubi est *F* GE. *AG Don.*: PH. Σ (*praeter G*)

DE. abĭ, Phaedria, e͡um require atque huc adduce. *PH.* eo:
recta via quidem—illuc. *GE.* nempe ad Pamphilam.
DE. ego de͡os Penatis hinc salutatum domum
devortar; inde ibo ad forum atque aliquos mihi
amicos advocabo ad hanc rem qui adsient,
ut ne inparatu' sim si veniat Phormio

ii PHORMIO GETA

PH. Itane patris ais adventum veritum hinc abiisse? *GE.* admodum.
PH. Phanium relictam solam? *GE.* sic. *PH.* et iratum senem?
GE. oppido. *PH.* ad te summa solum, Phormio, rerum redit:
tute hoc intristi: tibĭ omnest exedendum: accingere.
GE. obsecro te. *PH.* si rogabit . . *GE.* in te spes est. *PH.* eccere
quid si reddet? *GE.* tŭ ĭnpulisti. *PH.* sic opinor. *GE.* subveni.
PH. cedo senem: iam instructa sunt mi in corde consilia omnia.
GE. quid ages? *PH.* quid vis nisi uti maneat Phanium atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam atque in mĕ ŏmnem iram derivem senis?
GE. o vir forti's atque amicus. verum hoc saepe, Phormio,
vereor, nĕ ĭstaec fortitudo in nervom erumpat denique. *PH.* ah

309 huc adduc *A*: adduce huc Σ 310 equidem Σ 311 D^1GL^1: at ego *cett.* ad sal. *L* 312 *AC*: aliquot *cett.* 314 si *A*: cum Σ adv. *Iov.* Σ 315 ais *om. A* (*add. Iov.*) adv. *Aδ*: conspectum *γ* hunc *E* 317 PH. *om.* L^1p^2 318 GE. acc. *L* 319 GE. *om.* p^2 rogitabit *Gp* 321 mihi inst. sunt *γ* in *om.* CE^1Fv^1 322 agis *Gp* PH. *om. A* ut Σ a cr. EF^1v 323 *Aδ*: patris γD^2: pa. se. *p* 324 *vel* -te's *vel* fortis at. amicu's: -is at. -us *Don.*

non ita est: factumst periclum, iam pedum visast via.
quot me censes homines iam deverberasse usque ad necem,
hospites, tum civis? quo mage novi, tanto saepius.
cedo dum, enumquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?
GE. quĭ ĭstuc? *PH.* quia non rete accipitri tennitur neque miluo,
qui male faciunt nobis: illis qui nil faciunt tennitur,
quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
aliis aliundest periclum unde aliquid abradi potest:
mihi sciunt nil esse. dices "ducent damnatum domum":
alere nolunt hominem edacem et sapiunt meă sententia,
pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.
GE. non potest sati' pro merito ab ĭllo tibi referri gratia.
PH. immo enĭm nemo sati' pro merito gratiam regi refert.
ten asymbolum venire unctum atque lautum e balineis,
otiosum ab animo, quom ille et cura et sumptu absumitur!
dum tibi fit quod placeat, ille ringitur: tu rideas,
priŏr bibas, prior decumbas; cena dubia apponitur.
GE. quid ĭstuc verbist? *PH.* ubi tu dubites quid sumas potissimum.
haec quom rationem ineas quam sint suavia et quam cara sint,
ea qui praebet, non tu hunc habeas plane praesentem deum?
GE. senĕx adest: vidĕ quid agas: prima coitiost acerrima.
si ĕâm sustinueris, postilla iam ut lubet ludas licet.

326 ita (*om.* est) *Iov.* D^1pv^1 (*recte*?): *vel* itast factum pe. EF^2 329 dum me nu. *Iov.* D^1G^1 -stis *G* 330 quid ist. CPp^2 recte *Iov.* (!) tenn- *Don.*: tend- (*item* 331) *ω* 332 in his op. *Iov.* *GLp* (iis) 333 est aliunde δ (*pro* -nd'?) abripi C^1P^1 335 mea quidem Σ 339 ad symb. *schol.* *C*, $DGpEF^2$: a symbolo *L* balneis *Iov.* Σ (*praeter G*) 340 et (*prius*) *om.* $DLpF^2$ (*recte*?) 341 sit *CP* quo *Iov.* (?) 344 -one PD^2LpF^2 345 praebeat δ*EFv* hunc *Aγ*: eum δ 347 post illam ut *A* (*corr. Iov.*) lubet *A*: libet *Iov.*

iii DEMIPHO HEGIO CRATINVS CRITO PHORMIO GETA

DE. Enumquam quoiquam contumeliosius
audisti' factam iniuriam quam haec est mihi?
adeste quaeso. *GE.* iratus est. *PH.* quin tu hoc age:
iăm ego hunc agitabo. pro deum inmortalium,
negăt Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
hanc Demipho negat esse cognatam? *GE.* negat.
PH. neque ei(u)s patrem se scire qui fuerit? *GE.* negat.
DE. ipsum esse opinor de quŏ agebam: sequimini.
PH. nec Stilponem ipsum scire qui fuerit? *GE.* negat.
PH. quia egens relictast misera, ignoratur parens,
neglegitur ipsa: vide avaritia quid facit.
GE. sĭ erum insimulabi' malitiae male audies.
DE. ŏ aŭdaciam! etiam me ultro accusatum advenit?
PH. nam iam adulescenti nil est quod suscenseam,
sĭ ĭllum minu' norat; quippe homo iam grandior,
pauper, quoĭ opera vita erat, ruri fere
se continebat; ibi agrum de nostro patre
colendum habebat. saepe interea mihi senex
narrabat se hunc neglegere cognatum suom:
at quem virum! quem ego viderim in vita optumum.
GE. videas tĕ ătque illum ut narras! *PH.* in' malam crucem?
nam ni ita eum existumassem, numquam tam gravis
ob hănc inimicitias caperem in vostram familiam,
quăm is aspernatur nunc tam inliberaliter.

350 ages *Iov.* Σ (*praeter p*) 351 p. d. i. fidem *Iov.* C^2P^2EFv: p. d. atque hominum fi. D^1L: p. d. atque i. ho. fi. *G*: 'deest fidem' *Don.* 355 *post* 356 D^1GL^1p op. esse F^2 356 (*et alibi*) -pho- *ω* 358 faciat *Iov.* δ 362 iam] na (*ante ras.*) *E* 363 *A Don.*: in op. L^1p: in opere *cett.*: *cf. Don.* 'opera septimus casus est et vita nominativus' 365 mi. int. *E* 368 ut *del. Dziatzko* i in *A*: i hinc in D^1Lp: abi h. in γD^2G: *sed cf. Don.* 'adverbialiter ut huc viciniam' (*Andr.* 70, huic viciniae *codd.*) 369 *Iov.* γ: nam ni eum ita ex. δ: nam ni eum esse ex. *A* 370 nostram Σ

GE. pergin ero absenti male loqui, inpurissime?
PH. dignum autem hoc illost. *GE.* ain tandem, carcer?
DE. Geta.
GE. bonorum extortor, legum contortor! *DE.* Geta.
PH. responde. *GE.* quis homost? ehĕm. *DE.* tace.
GE. absenti tibi
tĕ ĭndignas seque dignas contumelias
numquam cessavit dicere hodie. *DE.* desine.
adulescens, primum abs te hoc bona venia peto,
si tibi placere potis est, mi ut respondeas:
quĕm amicum tuom ais fŭisse istum, explana mihi,
et qui cognatum me sibi esse diceret.
PH. proinde expiscare quasi non nosses. *DE.* nossem?
PH. ita.
DE. ego me nego: tu quĭ ais redige in memoriam.
PH. eho tu, sobrinum tuŏm non noras? *DE.* enicas.
dic nomen. *PH.* nomen? maxume. *DE.* quid nunc taces?
PH. perii hercle, nomen perdidi. *DE.* [hem] quid ais?
PH. (Geta,
si meministi id quod olim dictumst, subice.) hem
non dico: quasi non nosses, temptatum advenis.
DE. ego autem tempto? *GE.* (Stilpo.) *PH.* atque adeo
quid mea?
Stilpost. *DE.* quem dixti? *PH.* Stilponem inquam
noveras.
DE. neque ego ĭllum noram nec mihi cognatus fuit
quisquam istoc nomine. *PH.* itane? non te horum pudet?

372 absente D^2GpF lo. ma. abs. *E* 373 tamen *Bentley* (*rhythmo consulens*) carcere $CPD^2Lp^2E^1Fv$ DE. Geta *om.* D^1GL 374 bon. cont. le. dist. G^2, *schol.*[1] *E* 375 ehem *om.* D^1Gp 377 ho. *om.* γ (*superscr. schol.*[1] *E*) DE. hoe iam des. D^1L, G^2 (*ex* hodie iam des.), *p*: DE. ohe iam des. *schol.*[1] *E* (*recte*?): DE. eho iam des. F^2 ohe *etiam Don.* 378 expeto γD^2L 379 pl. hoc po. *E* es *A* ut mihi *DGL* 382 pr. *etiam Don.*: perinde *ex* pr. D^2F 385 DE. max. *Fleckeisen* 386 hem *om. A*: ehem *GL*: eho p^2 388 *A*: noris Σ, *ps.-Ascon. in Cic. Verr.* II. i. 105, p. 247 389 egon (-ne) Σ 390 inq. est no. *A* 391 neque mihi γ 392 isto γ: ex hoc *L*

at si talentum rem reliquisset decem,
DE. di tibi malefaciant! *PH.* primus esses memoriter
progeniem vostram usque ab avo atque atavo proferens.
DE. ita ŭt dicis. ego tum quom advenissem qui mihi
cognata ea esset dicerem: itidem tu face.
cedo quĭ ĕst cognata? *GE.* eu noster, recte. heus tu, cave.
PH. dilucide expedivi quibu' me oportuit
iudicibu': tŭm ĭd si falsum fuerat, filius
quor non refellit? *DE.* filium narras mihi?
quoi(u)s de stultitia dici ut dignumst non potest.
PH. at tu qui sapiens es magistratus adi
iudicium de e͡adem causa iterum ut reddant tibi,
quandoquidem solu' regnas et soli licet
hic de e͡adem causa bis iudicium adipiscier.
DE. etsi mihi facta iniuriast, verum tamen
potius quam litis secter aut quam te audiam,
itidem ut cognata si sit, id quod lex iubet
dotis dare, abduce hanc, minas quinque accipe.
PH. hahahae, homŏ suavi'. *DE.* quid ĕst? nŭm iniquom postulo?
an ne hoc quidem ego adipiscar quod ius publicumst?
PH. ităn tandem, quaeso, itidem ut meretricem ubi abusu' sis,
mercedem dare lex iubet ei atque amittere?
an, ŭt nequid turpe civis in se admitteret
propter egestatem, proxumo iussast dari,
ut cum uno aetatem degeret? quod tu vetas.
DE. ita, proxumo quidem; at nos unde? aut quăm ŏb rem? *PH.* ohe

393 ac (*i.e.* ah?) D^1*p* 396 i. ut tu dices *A* quom] si $\gamma D^2 L$ 397 ea *om.* *DGp* 406 apiscier *Bentley* 406-7 ad., etsi . . DE. ver. *G* 407 in. fac. est *E* 410 dotem Σ abduc *A* 411 *vel* suavi's est *del.* *Bentley* 413 itane ω itidem *DGL*: item *cett.* 414 dimittere *G*: mittere *E* 415 ci. tur. Σ (*praeter p*) sese *A* 417 ut] ita *A* 418 *vel* quam ob rem . . ?

"actum" aiunt "nĕ agas". *DE.* non agam? immo haud desinam
donec perfecero hoc. *PH.* ineptis. *DE.* sine modo.
PH. postremo tecum nil rĕi nobis, Demipho, est:
tuos est damnatu' gnatu', non tu; nam tua
praeterierat iam ducendi aetas. *DE.* omnia haec
illum putato quae ego nunc dico dicere;
aut quidĕm cŭm ŭxore hac ipsum prohibebo domo.
GE. (iratus est.) *PH.* tu tĕ idem melius feceris.
DE. itan es paratu' facere me advorsum omnia,
infelix? *PH.* (metuit hic nos, tam etsi sedulo
dissimulat.) *GE.* (bene habent tibi principia.) *PH.* quin quod est
ferundum fers? tŭis dignum factis feceris,
ut amici inter nos simus? *DE.* egŏn tuam expetam
amicitiam? aut te visum aut auditum velim?
PH. si concordabi' cŭm ĭlla, habebi' quae tuam
senĕctutem oblectet: respice aetatem tuam.
DE. tĕ ŏblectet, tibi habe. *PH.* minue vero iram. *DE.* hoc age:
sati' iam verborumst: nisi tu properas mulierem
abducere, ego ĭllam eiciam. dixi, Phormio.
PH. si tŭ ĭllam attigeri' secu' quam dignumst liberam
dicam tibi ĭnpingam grandem. dixi, Demipho.
siquid opu' fuerit, heus, domo me. *GE.* intellego.

DEMIPHO GETA HEGIO CRATINVS CRITO iv

DE. Quanta me cura et sollicitudine adficit

419 ne negas *E*: negas D^1L haud *om.* D^1L^1 420 hoc *om.* *p* -ptis *etiam Don.* 421 no. rei *G* 422 da. est *DL* 423 L^1p: ducenda *A*: ducendum *D*: ad ducendum *cett.* 426 *totum versum Phormioni dat A, Getae* D^1 tute ĭdem *approbat*, tu te ĭdem *improbat Donatus, ut vid.* 428 hic me *CP* 429 se hab. *p* quicquid F^2 430 feres *A*: feras Σ fa. di. δ 432 te] certe *E* 435 minuero D^2E^1 DE. (*alt.*) *om.* *G* 436 satin *P* DE. nisi *G* properes γD^2 439 *Iov.* Σ: adpingam *A* II. iv *nulla nova scaena in A* 441 adfecit Σ (*praeter* CE^1) (*i.e.* adfĕcit, *recte*

gnatus, qui me et se hisce inpedivit nuptiis!
neque mi in conspectum prodit, ut saltem sciam
quid de hac re dicat quidve sit sententiae.
abĭ, vise redieritne iăm ăn nondum domum.
GE. eo.— *DE.* videti' quŏ ĭn loco res haec siet:
quid ago? dic, Hegio. *HE.* ego? Cratinum censeo,
si tibi videtur. *DE.* dic, Cratine. *CRA.* mene vis?
DE. te. *CRA.* ego quae in rem tŭ͡am sint ea velim facias. mihi
sic hoc videtur: quod tĕ ăbsente hic filius
egit, restitui in integrum aequomst et bonum,
et id impetrabi'. dixi. *DE.* dic nunc, Hegio.
HE. ego sedulo hunc dixisse credo; verum itast,
quot homines tot sententiae: suo' quoique mos.
mihi non videtur quod sit factum legibus
rescindi posse; et turpe inceptust. *DE.* dic, Crito.
CRI. ego amplius deliberandum censeo:
res magnast. *CRA.* numquid nos vis? *DE.* fecistis probe:
incertior sum multo quam dudum.— *GE.* negant
redisse. *DE.* frater est exspectandus mihi:
is quod mihi dederit de hac re consilium, id sequar.
percontatum ibo ad portum, quŏăd se recipiat.—
GE. at ego Antiphonem quaeram, ut quae acta hic sint sciat.
sed ĕccum ipsum video in tempore huc se recipere.

444 hac Σ: ea *A* 445 abi tu vise Σ nond. etiam do. *Iov.* 449 te] ita D^1G ego *om. A* (*add. Iov.*) ea *om. A* 451 ae. ac bo. est γ: ae. esse et bo. δ 453 γ*Gp*: se. di. h. *A*: h. se. di. *DL* 454 mos est *A* (*corr. Iov.*), *L*: *an* most? 456 -tumst *A*: -tum est DG^1Lpv 458 CRA.] HE. γDL^2p: GE. L^1: *om. G* 461 de hac re ded. *p* (*cf. Ad.* 499[a]) exsequar (exe.) $A^2\gamma DL^2$ 462 -cunct- *A* 463 facta *DL*

ACTVS III

ANTIPHO GETA i

AN. Enĭmvero, Antipho, multimodis cŭm ĭstoc animo es vituperandus:
itane te hinc abisse et vitam tuăm tutandam aliis dedisse!
alios tu͡am rem credidisti mage quam tete animum advorsuros?
nam, utut erant alia, illi certe quae nunc tibi domist consuleres,
nequid propter tu͡am fidem decepta poteretur mali.
quoi(u)s nunc miserae spes opesque sunt in te uno omnes sitae.

GE. et quidem, ere, nos iamdudum hic te absentem incusamu' qui abieris.
AN. tĕ ĭpsum quaerebam. *GE.* sed ea causa nihilo mage defecimus.
AN. loquere obsecro, quonam in loco sunt res et fortunae meae?
numquid patri subolet? *GE.* nil etiam. *AN.* ecquid spe͡i porrost? *GE.* nescio. *AN.* ah.
GE. nisi Phaedria haud cessavit pro te eniti. *AN.* nil fecit novi.
GE. tum Phormio itidem in hac re ut in aliis strenuom hominem praebuit.

465 vitip. *A* 466 te *om.* γD^2 467 te γD^2 468 ut (*semel*) $D^1 v$ erat *A* *A* : n. tuae do. Σ (nunc do. *E*) 469 *A Don.* : pat. *Iov.* Σ 470 cuius Σ : cui *A* uno *om. A* 471 -nte *E* accu. *A ut vid.* (*corr. Iov.*) 473 sint Σ 474 subdolet $P^2 D^2 G E^1 v^1$ n. adhuc et. $D^1 L$ et quid Σ (*praeter C*) : quid *A* 475 feci $E^2 F v$ 476 in (*prius*) *om.* $C P E^1 v^1$ in (*alt.*) *om. A* se praeb. *Iov.*[2]

AN. quid ĭs fecit? *GE.* confutavit verbis admodum iratum senem.
AN. eu Phormio! *GE.* ego quod potui porro. *AN.* mi Geta, omnis vos amo.

GE. sic habent principia sese ut dico: adhuc tranquilla res est,
mansurusque patruom pater est dum huc adveniat. *AN.* quid eum? *GE.* ut aibat,
de ei(u)s consilio sese velle facere quod ad hanc rem attinet.
AN. quantum metus est mihi videre huc salvom nunc patruom, Geta!
nam per ĕius unam, ut audio, aut vivam aut moriar sententiam.
GE. Phaedria tibi adest. *AN.* ubinam? *GE.* eccum ab sŭā palaestra exit foras.

ii PHAEDRIA DORIO ANTIPHO GETA

PH. Dorio,
audi obsecro . . *DO.* non audio. *PH.* parumper . . *DO.* quin omitte me.
PH. audi quod dicam. *DO.* at enĭm taedet iam audire eadem miliens.
PH. at nunc dicam quod lubenter audias. *DO.* loquere, audio.
PH. non queŏ te exorare ut maneas triduom hoc? quo nunc abis?

477 patrem Σ (*sed* senex *vox servorum est*) 478 o mi δ 479 sese pr. *p* *Iov.* γ : dixi *A* (?), δ (*G* dico *ex* dixi) 481 ad *om.* *AD*[1] 482 quantus Σ metuist *Fleckeisen* *A* : venire Σ hunc *v* nu. sa. γ 486 audio *A* DO. au. PH. obs. *A Don.* 487 etiam au. *A* : au. iam *E* 488 quo *C*[1] 489 nequeo Σ

DO. mirabar si tu mihi quicquam adferres novi. *AN.* ei,
metuo lenonem nequid . . *GE.* suŏ suat capiti. idem ego vereor.
PH. nondum mihi credis? *DO.* hariolare. *PH.* sin fidem do? *DO.* fabulae!

PH. feneratum istuc beneficium pulchre tibi dices. *DO.* logi!
PH. crede mi, gaudebi' facto: verum hercle hoc est. *DO.* somnium!
PH. experire: non est longum. *DO.* cantilenam ȇandem canis.
PH. tu mihi cognatu', tu parens, tŭ amicu', tu . . *DO.* garri modo.
PH. adeon ingenio esse duro te atque inexorabili
ut neque misericordia neque precibu' molliri queas!
DO. adeon tĕ ĕsse incogitantem atque inpudentem, Phaedria,
mĕ ŭt phaleratis ducas dictis et meăm ductes gratiis!
AN. miseritumst. *PH.* ei, veris vincor! *GE.* quăm uterquest similis sui!
PH. neque Antipho alia quom occupatus esset sollicitudine,
tŭm hŏc esse mihi ŏbiectum malum! *AN.* ah quid ĭstuc est autem, Phaedria?
PH. o fortunatissime Antipho. *AN.* egone? *PH.* quoi quod amas domist.

490 ei *initio sequentis versus APLFv* 491 ne aliquid γ GE. *ante* suo *Bentley* (*cf. Don.* ?) : *ante* idem ω i. et ego ve. *GLp* : i. et ve. *D A* : metuo Σ (me. hoc D^2p) 492 non mihi Σ (*troch. septenar.*) 494 DO. verum *Iov.* D^1GLp^2 somnia *A* (*corr. Iov.*) 496 mihi *del. Bentley* (*troch. septenar.*) tu mihi pa. γD^2 tu (*tert.*) *om.* C^1GLp garris *p* 497 te esse du. γ at. ita in. *L* 499 Σ : Phaedria sine modo *A* : sine modo *Phillimore* (*Mnemos.* 1925, *p.* 207) 500 *Lp* : ut me ph. *A* : ut ph. *cett.* di. du. Σ *A*δ : me et meam γ ductis *A* : duces γD^2G 501 GE. mis. AN. ei *G* verbis *Iov.*(!), G^2 502 teque *F* 503 ah *om. A* (*add. Iov.*) au. est γ 504 quoi] qui *A* (*cf. ad Andr.* 167)

neque cum huiu' modi umquam [tibi] usu' venit ut conflictares malo.
AN. mihĭn domist? immo, id quod aiunt, auribu' teneo lupum;
nam neque quo pacto a me amittam neque uti retineam scio.
DO. ipsum istuc mihi in hoc est. *AN.* heia ne parum leno sies.
numquid hic confecit? *PH.* hicine? quod homo inhumanissimus,
Pamphilam meam vendidit. *AN.* quid? vendidit? *GE.* ain? vendidit?
PH. vendidit. *DO.* quăm ĭndignum facinus, ancillam aere emptam suo!
PH. nequeo exorare ut me maneat et cum illo ut mutet fidem
triduom hoc, dum id quod ĕst promissum ab amicis argentum aufero.
si non tum dedero, unam praeterea horam nĕ ŏppertus sies.
DO. optunde. *AN.* haud longumst id quod orat: Dorio, exoret sine.
idem hoc tibi, quod boni promeritu' fueris, conduplicaverit.
DO. verba istaec sunt. *AN.* Pamphilamne hac urbe privari sines?
tum praeterea horunc amorem distrahi poterin pati?
DO. neque ego neque tu. *PH.* di tibi omnes id quod es dignus duint!

505 nec Σ (*praeter v*) -ris *A* 506 id *om.* Σ (*praeter v*) 507 quo modo Σ a me] me *A* : eam *ex* a me *Iov.* am. invenio Σ (*praeter* D^1) 508 PH. ipsum *G* mihi istuc *DL* PH. heia D^1 509 AN. *ante* numq. *add. schol. D* nunc quid *A* (*ut* 563, *alibi*) : namquid D^2F^1 510 m. perdidit E^1 GE. quid . . AN. ain Σ (*praeter* D^1G) 511 PH. quam *A* (*corr. Iov.*) empto *A* suo *etiam Don.* ('belle suo quasi pro tertia persona') : meo *A* 512 *A* : man. me D^1p : man. *cett.* 513 affero F^2 514 siet D^1p (*recte* ?) 515 -dis AG^2 orat *om.* C^1 516 γD^2 : hic *cett.* bene Σ 518 tunc pr. eorum *A* horum *Iov.* $P^2\delta EF^2$ poteris D^1Gp (*recte* ?) 519 GE. di *Iov.*^{1} γLp, *schol. D* : AN. di *Iov.*^{2} D^1G^2 est di. C^1 : est dignum pEF^2v

DO. ego te compluris advorsum ingenium meum mensis tuli
pollicitantem et nil ferentem, flentem; nunc contra omnia haec
repperi qui det neque lacrumet: da locum melioribus.
AN. certe hercle, ego si sati' commemini, tibi quidem est olim dies,
quăm ăd dares huic, praestituta. *PH.* factum. *DO.* nŭm ego ĭstuc nego?
AN. iam ea praeteriit? *DO.* non, verum haec ei—antecessit. *AN.* non pudet
vanitati'? *DO.* minime, dŭm ŏb rem. *GE.* sterculinum! *PH.* Dorio,
itane tandem facere oportet? *DO.* sic sum: si placeo, utere.
AN. sicin hŭnc decipīs? *DO.* immo enĭmvero, Antipho, hic me decipit:
nam hic mĕ hŭiu' modi scibat esse, egŏ hunc esse aliter credidi:
iste me fefellit, ego ĭsti nihilo sum aliter ac fui.
sed utut haec sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
miles dare se dixit: si mi priŏr tu attuleri', Phaedria,
meă lege utar, ut potior sit qui prior ad dandumst. vale.

PHAEDRIA ANTIPHO GETA iii

PH. Quid faciam? unde ego nunc tam subito huic argentum inveniam miser,
quoi minu' nihilost? quod, hĭc si pote fuisset exorarier

521 fl. et n. fer. δ fl. *om.* C^1 haec *om.* Σ (*praeter* G^2) 524 -utam *AF* non eg. *E* istud *A* 525 iamne D^1Lp (*non Don.*) DO.] PH. *G* h. ea C^1(?), p^1F^1 526 te van. *A* GE.] AN. *G* stercilinium AC^2, *schol. P*, $DGpEF^1v$ PH.] AN. *Iov.* 527 si] sic C^2v 528 Σ: sic hunc *A* (*recte*?) decipi D^2 decepit γD^2 (*i.e.* -cĕp-?) 529 esse sci. *γp* 530 is me Σ: *an* istic me? Sc. iii *nulla nova scaena p* 534 tam *om.* *A* (*recte*?) 535 potuisset nunc ex. γD^2: potis f. ex. *p*

triduom hoc, promissum fuerat. *AN.* itane hunc patiemur, Geta,
fieri miserum, qui me dudum ut dixti adiuerit comiter?
quin, quŏm opust, beneficium rursum ei experiemur reddere?
GE. scio equidem hoc esse aequom. *AN.* age ergo, solu' servare hunc potes.
GE. quid faciam? *AN.* invenias argentum. *GE.* cupio; sed id unde edoce.
AN. pater adest hic. *GE.* sciŏ; sed quid tum? *AN.* ah dictum sapienti sat est.
GE. itanĕ? *AN.* ita. *GE.* sane hercle pulchre suades: etiam tu hinc abis?
non triumpho, ex nuptiis tūis si nil nanciscor mali,
ni etiamnunc me hui(u)s causa quaerere in malo iubeas crucem?
AN. verum hic dicit. *PH.* quid? ego vobis, Geta, alienu' sum? *GE.* haud puto;
sed parŭmne est quod omnibus nunc nobis suscenset senex,
ni instigemus etiam ut nullu' locu' relinquatur preci?
PH. alius ab oculis mēis illam in ignotum abducet locum? hem
tum igitur, dum licet dumque adsum, loquimini mecum, Antipho,
contemplamini me. *AN.* quăm ŏb rem? aut quidnam facturu's? cedo.
PH. quoquo hinc asportabitur terrarum, certumst persequi
aut perire. *GE.* di bene vortant quod agas! pedetemptim tamen.

536 it. nunc p. *G* 537 adiuuerit ω (*praeter* F^1), *cf. Don.* 'secundum U pronuntiari ⟨non⟩ debet' 538 quom] quod *A* opus sit D^1GLp rursus γ -amur Σ 539 hoc] hercle A^1 ae. es. *G* 540 ut inv. D^2E id *om. A* (*add. Iov.*), D^1G^1 unde id *E* 541 ah ita di. *L* 542 *vel* itan . . itā 544 malam F^1v 545 Geta *om. A* (*add. Iov.*) GE.] AN. p^1 546 ne *del. Tyrrell* 547 ne ω (*praeter* D^1GpE^2F) 548 illam *om. p* ign. hinc abd. γ lo. *om. G* 549 tum *om.* D^2G dum ig. lic. γ dumque *ex* dum *A* : dum *v* 550 qu. es fa. Σ (qu. est fa. *p*) 551 haec *L* 552 GE.] AN. CP^1v^2 (*cf. Don.*) AN. ped. *E*

AN. vidĕ siquid opi' potēs adferre huic. *GE.* "siquid"? quid? *AN.* quaere obsecro,
nequid plus minusve faxit quod nos post pigeat, Geta.
GE. quaero.—salvos est, ut opinor; verum enĭm metuo malum.
AN. noli metuere: una tecum bona mala tolerabimus.
GE. quantum opus est tibi ărgenti, loquere. *PH.* solae triginta minae.
GE. triginta? hui percarast, Phaedria. *PH.* istaec vero vilis est.
GE. age age, inventas reddam. *PH.* o lepidum! *GE.* aufer te hinc. *PH.* iăm opust. *GE.* iam feres:
sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
PH. praestost: audacissime oneri' quidvis inpone, ecferet;
solus est homo amico amicus. *GE.* eamus ergo ad eum ocius.
AN. numquid ĕst quod opera mea vobis opu' sit? *GE.* nil; verum abĭ domum
et ĭllam miseram, quam ego nunc intu' scio ĕsse exanimatam metu,
consolare. cessas? *AN.* nil est aeque quod faciam lubens.—
PH. qua via istuc facies? *GE.* dicam in itinere: modo te hinc amove.

553 AN. *om.* $CP^1EF^1v^2$ vide Geta si. *E* pot. op. *p* 554 faxis *A* (*corr. Iov.*) 556 malaque Σ 558 *an* istaec *Getae continuand.*? 559 PH.] AN. *G* o lep. caput Σ hinc *om.* C^1F^1 561 PH. *ex* AN. *A* : AN. Σ qu. on. γ quodvis δ (D^2 quid.) inp. feret *A* : inponi eff. *Iov.* (?) et feret Σ (*praeter p* efferet) 562 amicus amico *LE* GE. eamus . . ocius] GE. abi dic praesto ut sit domi C^1P^1 : GE. eamus . . ocius PH. abi . . domi C^2, *schol. D*, L^2p (*om.* domi), *EFv* PH. eamus L^1 oc. ad eum *G* 563 sit opus *E* 565 ne ces. *D* 566 facis *DGL* itere *Bentley*

ACTVS IV

i DEMIPHO CHREMES

DE. Quid? qua profectu' causa hinc es Lemnum, Chreme,
adduxtin tecum filiam? *CH.* non. *DE.* quid ita non?
CH. postquam videt me ei(u)s mater esse hic diutius,
simul autem non manebat aetas virginis
meam neglegentiam: ipsam cum omni familia
ad me profectam esse aibant. *DE.* quid ĭlli tam diu
quaeso igitur commorabare, ubi id audiveras?
CH. pol me detinuit morbus. *DE.* unde? aut qui? *CH.* rogas?
senectus ipsast morbu'. sed venisse eas
salvas audivi ex nauta quĭ ĭllas vexerat.
DE. quid gnato optigerit mĕ ăbsente audistin, Chreme?
CH. quod quidĕm me factum consili incertum facit.
năm hănc condicionem siquoi tulero extrario,
quo pacto aut unde mihi sit dicundum ordinest.
te mihi fidelem esse aeque atque egomet sum mihi
scibam. ille, si me alienus adfinem volet,
tacebit dum intercedet familiaritas;
sin spreverit me, plus quam opus est scito sciet.
vereorque ne uxor aliqua hoc resciscat mea:
quod si fit, ut me excutiam atque egrediar domo
id restat; nam ego meorum solu' sum meus.
DE. scio ita esse, et istaec mihi res sollicitudinist,
neque defetiscar usque adeo experirier
donec tibi id quod pollicitus sum effecero.

569 ma. eius *DL* 571 ipsa *A* 572 illic *Iov.* Σ (*praeter* F^1) 573 -bere *A* audieras *A*δ (*cf. ad Ad.* 27) 575 ip. m. est γ (*praeter E*) 577 -isti *A* (*recte?*) 579 obtulero δE^2 582 vocet *A* (*corr. Iov.*) 586 si scit PD^2E^1Fv -tiat *Don.* 588 ita *om. A* (*add. Iov.*) et ideo ist. γD^2p *A*δ: res mihi γ 589 *sic Priscianus* i. 514, ii. 251 *et Eugraphius* ne. adeo de. *A* umquam *A*γG^2: usquam *Lp* adeo *om.* γ: *post* neque *A* ego exp. γ

GETA DEMIPHO CHREMES ii

GE. Ego hominem callidiorem vidi neminem
quam Phormionem. venio ad hominem ut dicerem
argentum opus esse, et id quo pacto fieret.
vixdum dimidium dixeram, intellexerat:
gaudebat, me laudabat, quaerebat senem,
dis gratias agebat tempu' sibi dari
ubi Phaedriae esse ostenderet nihilo minus
amicum sese quam Antiphoni. hominem ad forum
iussi opperiri: eŏ me esse adducturum senem.
sed ĕccum ipsum. quis ĕst ulterior? attat Phaedriae
patĕr venit. sed quid pertimui autem belua?
an quia quos fallam pro uno duo sunt mihi dati?
commodius esse opinor duplici spe utier.
petam hinc unde a primo institi: is si dat, sat est;
si ab eŏ nil fiet, tum hunc adoriar hospitem

ANTIPHO GETA CHREMES DEMIPHO iii

AN. Exspecto quam mox recipiat sese Geta.
sed patruom video cum patre astantem. ei mihi,
quam timeo adventus huiu' quŏ ĭnpellat patrem.
GE. adibo hosce: o noster Chreme . . *CH.* salve, Geta.
GE. venire salvom volup est. *CH.* credo. *GE.* quid agitur?
multa advenienti, ut fit, nova hic? *CH.* compluria.
GE. ita. de Antiphone audistin quae facta? *CH.* omnia.

Sc. ii *nulla nova scaena GEv* *Getam solum in titulo habent CPLpF* 593 argento Σ opus *post* fieret A^1 594 dum *om.* F^1v 597 esse] se *Iov.* (*de A non liquet*), $CPLEF^2v$: sese GpF^1 598 sese] esse ω : *corr. Lachmann* 600 qui *p* 602 mihi *om. A* 603 est *P* 604 insti *A* : institui Σ si is Σ (is *om. G*) 605 ab hoc Σ (*recte*?) adoririer *Fv* 609 o salve no. *A* (*corr. Iov.*) 610 volup est *etiam Don.* : volupe est *C* (*ex* volupest), *L* : voluptas est PGE^1Fv igitur *G* 611 *totum versum Chremeti dant* ω (*non Iov.*)

GE. tun dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
sic circumiri! *CH.* id cŭm hŏc agebam commodum.
GE. nam hercle ego quoque id quidem agitans mecum sedulo
inveni, opinor, remedium huic re͡i. *CH.* quid, Geta?
DE. quod remedium? *GE.* ut abii abs te, fit forte obviam
mihi Phormio. *CH.* qui Phormio? *DE.* is quĭ ĭstanc . . *CH.* scio.
GE. visumst mihi ut ĕiu' temptarem sententiam.
prendo hominem solum: "quor non," inquam "Phormio,
vides inter nos sic haec potiu' cum bona
ut componamu' gratia quam cum mala?
eru' liberalis est et fugitans litium;
nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
uno ore auctores fu͡ere ut praecipitem hanc daret."
AN. quid hĭc coeptat aut quŏ ĕvadet hodie? *GE.* "an legibus
daturum poenas dices si illam eiecerit?
iam id exploratumst: heia sudabis satis
si cum illo inceptas homine: ea eloquentiast.
verum pone esse victum eum; at tandem tamen
non capitis ei(u)s res agitur sed pecuniae."
postquam hominem his verbis sentio mollirier,
"soli sumu' nunc hic" inquăm: "eho [dic] quid vis dari
tibi in manum, ut erus his desistat litibus,
haec hinc facessat, tu molestu' ne sies?"
AN. satin illi di sunt propitii? *GE.* "nam sat scio,
si tu aliquam partem aequi bonique dixeris,

613 tum *v* 614 CH. *A* : DE. Σ (*praeter G* DE. id . . CH. comm.) 615 quidem *om.* *AGLp* id quoque ag. *GLp* (*recte?*) 616 ut op. γ CH. *A* : DE. Σ 617 DE. *om.* *Iov.* Σ 618 CH. (*prius*)] DE. *G* DE.] GE. Σ is] si *A* (*corr. Iov.*) 619 eius] prius P^1 : prius eius P^2 621 *AP* : vos *cett.* si P^1Lp^1v 622 -nantur Σ : -natur *p* (*recte?*) 630 $C^1PGLpEF^2v$: pono *cett.* 631 ei *Bentley* 632 emoll. *GLp* 633 in. hic Σ dic *om.* *A* vis *Ap* : velis Σ : *vix* veis 634 erus ut δ his *om.* D^1 : hic *schol.* *D* : hic his *G* 635 *om.* *A* (*suppl. Iov.*) 636 satis scio *A*

ut ĕst ille bonu' vir, tria non commutabitis
verba hodie inter vos." *DE.* quis tĕ ĭstaec iussit loqui?
CH. immo non potuit meliu' pervenirier
eŏ quo nos volumus. *AN.* occidi! *DE.* perge eloqui.
GE. a primo homo insanibat. *CH.* cedo quid postulat?
GE. quid? nimium; quantum libuit. *CH.* dic. *GE.* si quis daret
talentum magnum. *DE.* immo malum hercle: ut nil pudet!
GE. quod dixi adeo ei: "quaeso, quid si filiam
suam unicam locaret? parvi retulit
non suscepisse: inventast quae dotem petat."
ut ăd pauca redeam ac mittam illi(u)s ineptias,
haec denique eiu' fŭit postrema oratio:
"ego" inquit "[iam] a principio amici filiam,
ita ut aequom fuerat, volui uxorem ducere;
nam mihi veniebat in mentem ei(u)s incommodum,
in servitutem pauperem ad ditem dari.
sed mi opus erāt, ut aperte tibi nunc fabuler,
aliquantulum quaĕ ădferret qui dissolverem
quae debeo: et etiamnunc si volt Demipho
dare quantum ab hac accipio quae sponsast mihi,
nullam mihi malim quăm ĭstanc uxorem dari."
AN. utrum stultitia facere ego hunc an malitia
dicam, scientem an inprudentem, incertu' sum.
DE. quid si animam debet? *GE.* "ager oppositust pignori ob
decem minăs" inquit. *DE.* age age, iam ducat: dabo.

638 *an* illic? 642 a *om. Iov.* (?), D^1GL CH. *A*: DE. Σ 643 quid . . libuit] 'apud quosdam diversae personae cum verbis singulis' *Don.* (*puta sic*: DE. quid? GE. nim. DE. qua.), *quod improbat Arrunt. Celsus ap. Charis.* 207 ('ni. qu. pro nimium, ut immane qu., incredibile qu.') licuit *A* CH. *A*: DE. Σ siq. ei da. *A* 644 ut *om. A* (*add. Iov.*) 646 ret. *om.* $F^1v\eta$ 648 eius δ 650 iam *om. A* a *om. G* 655 qui] ut *A* 656 et *om.* $A\gamma$ (*recte*?) si nunc *v* 657 acc. *etiam Don.*: ac capio D^1: capio *p* desponsata est *p* 658 mallim *A* istam *DGL* 659 stultitiam *Don.* (*ut vid.*) ego *om. A* *an* -tian ego fa. (*cf. ad Andr.* 148)? 661 -tus *A*δ pig. est *Iov.* 662 m. est inq. δ: m. est *A* (*recte*?)

GE. "aediculae item sunt ob decem alias." *DE.* oieï
nimiumst. *CH.* ne clama: ⟨re⟩petito hasce a me decem.
GE. "uxori emunda ancillulast; tum pluscula
supĕllectile opus est; opus est sumptu ad nuptias:
his rebu' pone sane" inquit "decem minas."
DE. sescentas perĭnde scribito iam mihi dicas:
nil do. inpuratu' mĕ ĭlle ut etiam inrideat?
CH. quaeso, ego dabo, quiesce: tu modo filium
fac ut illam ducat nos quam volumus. *AN.* ei mihi
Geta, occidisti me tuis fallaciis.
CH. meă causa eicitur: mĕ hŏc est aequom amittere.
GE. "quantum potest me certiorem" inquit "face,
si illam dant, hanc ut mittam, ne incertus siem;
năm ĭlli mihi dotem iam constituerunt dare."
CH. iam accipiat: illis repudium renuntiet;
hanc ducat. *DE.* quae quidem illi res vortat male!
CH. opportune adeo argentum nunc mecum attuli,
fructum quem Lemni uxori' reddunt praedia:
ind' sumam; uxori tibi opus esse dixero.

iv ANTIPHO GETA

AN. Geta. *GE.* hem. *AN.* quid egisti? *GE.* emunxi
argento senes.
AN. satin est id? *GE.* nescio hercle: tantum iussu' sum.
AN. eho, verbero, aliud mihi respondes ac rogo?

664 rep. *Fleckeisen* illasce *Bentley* 665 ancilla PD^1GL tum autem pl. Σ 666 op. est *semel A* (*corr. Iov.*), $D^1G^1LpF^1v$ (*cf. Don.*) sumptum *A* 667 Σ: sa. po. *A* dec. inq. γ (*praeter F*) (*recte* ?) 668 *Iov.* Σ: proinde *A* p. potius scr. γD^2 mihi iam γ: iam *om. A* (*add. Iov.*) 670 filius *Iov.* Σ (*praeter p*) 671–2 *unus versus Pv* 672 Geta *in fine* 671 *F* occ. . . fall. *om.* $F^1\eta^1$ 674 potes Σ 675 ut tam ne *A* (*corr. Iov.*) amittam Σ (*praeter Eη*) 677 CH.] DE. *AG* -piet $D^2E^1Fv\eta$ 678 DE. *etiam Don.*: GE. *A*: CH. *G* 679 ad. nunc arg. mec. *Iov.* (?), γ (*praeter F*): ad. nunc mec. arg. δ: nunc adeo arg. mec. *F* 680 Lemno *Don.* ? 681 inde *A*: id *Iov.* Σ, *Don.* (?) *ad* 786 683 id *etiam Don.*: *om. A* (*add. Iov.*)

GE. quid ergo narras? *AN.* quid ego narrem? opera tua
ad restim miquidem res redît planissume.
ut tequidem omnes di dĕaeque—superī inferi—
malis exemplis perdant! em siquid velis,
huic mandes, quod quidĕm recte curatum velis.
quid minus utibile fŭit quam hoc ulcus tangere
aut nominare uxorem? iniectast spes patri
posse illam extrudi. cedo nunc porro: Phormio
dotem sĭ ăccipiet, uxor ducendast domum:
quid fiet? *GE.* non enĭm ducet. *AN.* novi. ceterum
quom argentum repetent, nostra causa scilicet
in nervom potius ibit. *GE.* nil est, Antipho,
quin male narrando possit depravarier:
tŭ ĭd quod bonist excerpi', dici' quod malist.
audi nunc contra: iam sĭ ărgentum acceperit,
ducendast uxor, ut ais, concedo tibi:
spatium quidem tandem apparandi nuptias,
vocandi sacruficandi dabitur paullulum.
interea amici quod polliciti sunt dabunt:
inde iste reddet. *AN.* quăm ŏb rem? aut quid dicet? *GE.* rogas?
"quot res postilla monstra evenerunt mihi!
intro iit in aedis ater alienus canis;
anguis per ĭnpluvium decidit de tegulis;
gallina cecinit; interdixit hariolus;
haruspex vetuit; ante brumam autem novi
negoti incipere!" quae causast iustissima.

685 ego] ergo P^1LF^1v 687 que *del. Bentley* (*cf. Haut.* 810) 689 = *Ad.* 372 (m. siquid r.) : h. m. qui te ad scopulum e tranquillo auferat F^2E (*mg., man. rec.*) 690 volnus *A* (*corr. Iov.*) 692 nunc cedo δ 695 repetet *A* 698 tu id quod] quicquid D^1 (?), *GL* 699 rec. F^1v 701 apparandas n. *A* (*i. e.* ad par.?) : apparandis nuptiis *Iov.* Σ (*praeter* C^1 -ndi) 703 sunt argentum da. γD^2 704 *A* : id ille istis Σ : *an* in. istic? rogitas $EF\eta$ 709 -isp- *A* au. br. *G* : au. *E*

haec fient. *AN.* ut modo fiant! *GE.* fient: me vide.
pater exit: abĭ, dic esse argentum Phaedriae.

V DEMIPHO CHREMES GETA

DE. Quietus esto, inquam: ego curabo nequid verborum duit.
hoc temere numquam amittam ego a me quin mihi testis adhibeam.
quom dem, et quăm ŏb rem dem commemorabō. *GE.* ut cautust ubi nil opust!
CH. atque ita opu' factost: et matura, dum lubido eadem haec manet;
nam si altera illaec magis instabit, fors sit an nos reiciat.
GE. rem ipsam putasti. *DE.* duc me ad eum ergo. *GE.* non moror. *CH.* ubi hŏc egeris,
transito ad uxorem meam, ut conveniat hanc priu' quam hinc abit.
dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne suscenseat;
et magis esse illum idoneum qui ipsi sit familiarior;
nos nostro officio nil digressos esse: quantum is voluerit,
datum esse doti'. *DE.* quid tua, malum, ĭd refert? *CH.* magni, Demipho.
non sat[is] ĕst tuom te officium fecisse si non id fama adprobat:

711 fi. haec *G* 712 AN. p. e. GE. abi D^1 AN. abi *P*, *schol. D*, $G^1L^1F v \eta$ et dic $\delta E F v \eta$ 713 duint *Iov.* (*recte*?): dicat D^1G^1p (*i.e.* duat?) 714 h. t. n. ego a me am. *D*: h. t. n. am. a me *G*: h. t. n. ego am. a me *L*: h. ego t. n. am. ego a me *p* qui p^2 715 quantum ut *G* cautus est *edd.* ni. ubi *E* 716 atqui *A* ita *om. v* et] at (ad) γ, *schol. D*, *schol. G*, *L* 717 illa Σ forsitan ω 718 DE. rem AD^1G^2 non *Av*: num Σ (*praeter v*) 720 eam nos dare γ (*praeter F* nos eam dare) 721 il. esse *D* idon. il. *p* 722 nihil Σ: non *A* egr. γD^2 esse *om.* γ (*praeter v*) 723 refert id *G*: id fert F^1v (*recte*?) ref. *etiam Don.* 724 DE. non s. Σ (*praeter* F^1) non sat tuum $CPEF^1v\eta^1$ te *om.* γ idem *Iov.*

volo ĭpsiu' quoque volŭntate haec fieri, ne se eiectam praedicet.
DE. idem ego ĭstuc facere possum. *CH.* mulier mulieri mage convenit.
DE. rogabo. *CH.* ubi illas nunc ego reperire possim cogito.

ACTVS V

SOPHRONA CHREMES i

SO. quid agam? quem mi amicum inveniam misera? aut quoi consilia haec referam?
aut unde auxilium petam?
nam vereor era ne ob meŭm suasum indigne iniuria adficiatur:
ita patrem adulescenti' facta haec tolerare audio violenter.
CH. nam quăe hăec anus est exanimata a fratre quae egressast meo?
SO. quod ŭt facerem egestas me inpulit, quom scirem infirmas nuptias
hasce esse, ut id consulerem, interea vita ut in tuto foret.
CH. certe edepol, nisi me animu' fallit aut parum prospiciunt oculi,
mĕāe nutricem gnatae video. *SO.* neque ĭlle investigatur, *CH.* quid ago?
SO. qui est pater eius. *CH.* adeo, maneo dum haec quae loquitur mage cognosco?

725 CH. volo Σ (*praeter* F^1) 726 *A*: congruet γ (*P* i *ex* e): -it δ 727 ub. ego il. n. r. *CPFvη*: ub. ergo il. n. ego r. *D* (*recte*?): ub. ego il. n. r. *G* (nunc *superscr.*): ub ego il. n. ergo r. *L*: ub. ego n. il. r. *E* 728 mis. inv. γ cui *Iov.* Σ: quo *A* 729 un. mihi aux. *CPDGp* 730 ne hera *L* indigna *A* (*man.* 2 *superscr.* erae) 732 est anus δ 734 id *om. D* ut (*alt.*) *om. G* 736 agam *Iov.* Σ 737 γ: eius pa. *cett.* adeo (-eone *Iov.*?) m. *A*: adeon an m. Σ haec *A*: ea *Iov.* (!), Σ -scam γD^2

SO. quodsi e͡um nunc reperire possim, nil est quod verear. *CH.* eăst ipsa:
conloquar. *SO.* quis hĭc loquitur? *CH.* Sophrona. *SO.* et me͡um nomen nominat?
CH. respice ad me. *SO.* di obsecro vos, estne hic Stilpo? *CH.* non. *SO.* negas?
CH. concede hinc a foribu' paullum istorsum sodes, Sophrona.

ne me istoc posthac nomine appellassis. *SO.* quid? non obsecro es
quem semper te esse dictitasti? *CH.* st. *SO.* quid has metuis fores?
CH. conclusam hic habeo uxorem saevam. verum istoc de nomine,
eŏ perperam olim dixi ne vos forte inprudentes foris
effuttiretis atque id porro aliqua uxor mea resciseeret.
SO. em ĭstoc pol nos te hic invenire miserae numquam potuimus.
CH. eho dic mihi quid re͡i tibist cum familia hac unde exis?
ubi ĭllae sunt? *SO.* miseram me! *CH.* hem quid est? vivontne? *SO.* vivit gnata.
matrem ipsam ex aegritudine hac miseram mors consecutast.
CH. male factum. *SO.* ego autem, quae essem anus deserta egens ignota,
ut potui nuptum virginem locavi huic adulescenti
harum qui est dominus aedium. *CH.* Antiphonin? *SO.* em ĭsti⟨c⟩ ipsi.

738 n. sit $CPD^2Fv\eta$ ea ip. est γL: east ip. est D^1Gp: *an eapsest?* 740 in me *F* 742 ne] nec Σ (*praeter P*) -sses D^1Lp^1 es obs. γD^2: is obs. es δ 743 te sem. *p* st *A*: est (*vel* sit D^1G^1p) *cett.* quid? has *Phillimore* 744 de] me D^1 745 fo. vos *GL* 747 em (hem) γ: *om. cett.* hic te inv. *p* 748 qu. t. rei est *F* exis aut γ (*praeter v* exis | at ubi), D^2p 750 ip.] suam *G* hac *A*: *om.* Σ 751 m. f. est *F* 752 vi. nu. *A* 753 ipsi isti *G*: isti inquam ipsi *Fv* (*quod mavult Kauer*)

CH. quid? duăsne uxores habet? *SO.* aŭ obsecro, unam illequidem hanc solam.
CH. quid ĭllam alteram quae dicitur cognata? *SO.* haec ergost. *CH.* quid ais?
SO. composito factumst quo modo hanc amans habere posset
sine dote. *CH.* di vostram fidem, quam saepe forte temere
eveniunt quae non audeas optare! offendi adveniens
quicum volebam et ut volebam conlocatam amari:
quod nos ambo opere maxumo dabamus operam ut fieret,
sine nostra cura, maxuma suă cura solu' fecit.
SO. nunc quid opu' facto sit vide: pater adulescenti' venit
e͡umque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. *CH.* nil periclist.
sed per de͡os atque homines meam esse hanc cavĕ resciscat quisquam.
SO. nemo e me scibit. *CH.* sequere me: intus cetera. [audies].

DEMIPHO GETA ii

DE. Nostrapte culpa facimus ut malis expediat esse,
dum nimium dici nos bonos studemus et benignos.
ita fugias ne praeter casam, quod aiunt. nonne id sat erat,
accipere ab illo iniuriam? etiam argentumst ultro obiectum,
ut sit qui vivat dum aliud aliquid flagiti conficiat.

754 du. is ux. $C\delta E^{2}Fv$: duas uxoresne is *P* un. obs. *E* 755 illa altera δEFv 759 quocum $A\delta$, *schol. F* et] atque γDL co. am. *A*: co. filiam Σ *Priscian.* i. 574 760 ut *om.* $F^{1}v^{1}$ 761 maxime *P* solus *A* (-la *Iov.*): haec sola Σ: hic solus *Kauer*: *cf. Don.* 'si hic legerimus, Antiphonem intellegemus; si haec, Sophronam' 762 fa. est *CPEF*, *schol. D* vide *om. p* 763 hoc *om.* $D^{1}L$ 765 ex Σ ce. int. *CPE*: int. ce. *cett.* (int. *om. D*) audietis *Weise* (-emus *Bentley*), *ut septenarius fiat* 766 malos *Iov.*, *schol. C*, *man. post. P*, $D^{2}LEFv$ exp. ma. *L* 767 nos dici *G* 768 causam $C^{2}P^{2}\delta EFv$ *Iov.* mittas *superscr.* (*ut efficiatur* praetermittas) dicunt *A* (*corr. Iov.*) satis *A* 769 est *om.* $CPD^{2}EF^{2}$ 770 aliq. al. *CPE*: aliq. Gv^{1} confingat *Iov.* $F^{1}v$: fingat *p*

GE. planissime. *DE.* îs nunc praemiumst qui recta prava faciunt.
GE. verissime. *DE.* ut stultissime quidem ĭlli rem gesserimus.
GE. modo ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.
DE. etiamne id dubiumst? *GE.* haud scio hercle, ut homost, an mutet animum.
DE. hem mutet autem? *GE.* nescio; verum, si forte, dico.
DE. ita faciam, ut frater censuit, ut ŭxorem ei(u)s huc adducam,
cŭm ĭsta ut loquatur. tu, Geta, abĭ prae, nuntia hanc venturam.—
GE. argentum inventumst Phaedriae; de iurgio siletur;
provisumst nĕ ĭn praesentia haec hinc abeat: quid nunc porro?
quid fiet? in eodem luto haesitas; vorsuram solves,
Geta: praesens quod fuerat malum in diem abiit: plagae crescunt,
nisi prospicis. nunc hinc domum ibo ac Phanium edocebo
nequid vereatur Phormionem aut ei(u)s orationem.

iii DEMIPHO NAVSISTRATA

DE. Agedum, ut soles, Nausistratā, fac ĭlla ut placetur nobis,
ut suă voluntate id quod est faciundum faciat. *NA.* faciam.
DE. pariter nunc opera me adiuves ac re dudum opitulata es.
NA. factum volo. ac pol minu' queo virĭ culpa quam me dignumst.

771 *totum versum Getae dat Iov.* 773 ut (*prius*) *om. P* possit Σ 774 sciam C^1P^1 776 sic (?) fa. *A* (*corr. Iov.*) huc eius Σ (*praeter pF*) 777 tu *om. CPE* 779 -nti *A* 780 -ura *Bentley* solvis D^1L^1p *Lactantii codd. Inst.* ii. 8, 24 783 huius *Bothe* Sc. iii *qui Chremetem in titulo addunt codd. nullam novam scaenam ad* 795 *exhibent* 784 no. *om.* F^1v 785 ac sua D^1Lp 786 me] mea D^1LpF -vas Σ du. re *CPE* 787 at *Dziatzko* queo *om. L*

DE. quid autem? *NA.* quia pol mēī patris bene parta indiligenter
tutatur; nam ex îs praediis talenta argenti bina
statim capiebat: vir viro quid praestat! *DE.* bina quaeso?
NA. ac rebu' vilioribus multo tamĕn duo talenta. *DE.* hui.
NA. quid haec videntur? *DE.* scilicet. *NA.* virum me natam vellem:
ego ŏstenderem, *DE.* certo scio. *NA.* quo pacto . . *DE.* parce sodes,
ut possis cŭm ĭlla, ne te adulescens mulier defetiget.
NA. faciam ut iubes. sed mēūm virum ex te exire video.

NAVISTRATA CHREMES DEMIPHO

CH. Ehĕm Demipho,
iăm ĭlli datumst argentum? *DE.* curavi ilico. *CH.* nollem datum.
ei, video uxorem: paene plus quam sat erat. *DE.* quor nolles, Chreme?
CH. iam recte. *DE.* quid tu? ecquid locutu's cŭm ĭstac quam ob rem hanc ducimus?
CH. transegi. *DE.* quid ait tandem? *CH.* abduci non potest. *DE.* qui non potest?
CH. quia uterque utrique est cordi. *DE.* quid ĭstuc nostra? *CH.* magni. praeterhac
cognatam comperi esse nobis. *DE.* quid? deliras. *CH.* sic erit.
non temere dico: redii mecum in memoriam. *DE.* satĭn sanus es?

790 cap. stā. *Nonius* 393, 10 (*perperam*: *sed idem* 254, 7 sta. cap. *recte*) em vir *Iov.* (*recte* ?) : hem vir Σ (*praeter* F^1v) binan ALF^1 791 duo tal. Σ : tal. bina *A* (*ex* 789 ?) 793 certe A^2D^1Lv 794 nec D^1L mul. ad. *DL* 797 ei] sed D^1p^1 : ei sed *L* 798 ista es Σ (*L* istac) 799 quid ? non po. ? pE^1 800 praeter haec Σ

NA. aŭ obsecro, vidĕ ne in cognatam pecces. *DE.* non est. *CH.* ne nega:
patri' nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. *DE.* non norat patrem?
CH. norat. *DE.* quor aliud dixit? *CH.* numquamne hodie concedes mihi
neque ĭntelleges? *DE.* si tu nil narras? *CH.* perdi'. *NA.* miror quid hŏc siet.
DE. equidem hercle nescio. *CH.* vin scire? at ita me servet Iuppiter,
ut propior illi quam ego sum ac tŭ homŏ nemost. *DE.* di vostram fidem,
eamus ad ĭpsam: una omnis nos aut scire aut nescire hoc volo. *CH.* ah.
DE. quid est? *CH.* ităn parvam mihi fidem esse apud te? *DE.* vin me credere?
vin sati' quaesitum mi istuc esse? age, fiat. quid ĭlla filia
amici nostri? quid futurumst? *CH.* recte. *DE.* hanc igitur mittimus?
CH. quidni? *DE.* illa maneat? *CH.* sic. *DE.* ire igitur tibi licet, Nausistrata.
NA. sic pol commodius esse in omnis arbitror quam ut coeperas,
manere hanc; nam perliberali' visast, quom vidi, mihi.—
DE. quid ĭstuc negotist? *CH.* iamne operuit ostium? *DE.* iam. *CH.* o Iuppiter,
di nos respiciunt: gnatam inveni nuptam cum tuo filio. *DE.* hem

803 au *om. E* vi. ne *ALp*: cave F^2v^2: cave ne *cett.* 805 -das C^1: -dis *p* 806 -gis CP^2D^2EFv narres **Σ** pergis γD^2Lp^2 siet] est A^2CPD^2E *an* hoc quid est? 807 *post* 813 A^1 serves D^2E 808 ho. ne. $CPDLp^1E$: ho. F^2: ne. *cett.* 810 parum $CPEF^2$: *an* parvom (*Arch. Lat. Lexic.* xiii. 133)? vis *CPDE* (*recte*?) me hoc cr. **Σ** 811 quid de il $D^2LE^2F^2$ 816 o] pro δ

quo pacto potuit? *CH.* non sati' tutus est ad narrandum hic locus.
DE. at tu intro abi. *CH.* heus ne filii quidem hŏc nostri resciscant volo.

Antipho iv

Laetus sum, utŭt meăe res sese habent, fratri optigisse quod volt.
quam scitumst ei(u)s modi in animo parare cupiditates
quas, quom res advorsae sient, paullo mederi possis!
hic simul argentum repperit, cura sese expedivit;
ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis
quin, si hoc celetur, in metu, sin patefit, in probro sim.
neque me domum nunc reciperem ni mi esset spes ostenta
huiusce habendae. sed ubinam Getam invenire possim, ut
rogem quod tempu' conveniundi patri' me capere iubeat?

Phormio Antipho v

PH. Argentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem,
curavi propria ut Phaedria poteretur; nam emissast manu.
nunc una mihi res etiam restat quae est conficiunda, otium
ab senibus ad potandum ut habeam; nam aliquot hos sumam dies.
AN. sed Phormiost. quid ais? *PH.* quid? *AN.* quidnam nunc facturust Phaedria?
quo pacto satietatem amoris ăit se velle absumere?

818 pa. id po. Σ est tu. *p* hic *om.* C^1P 819 no. hoc *CPE* 820 utut *CDpE*: utcumque *v*: ut *cett.* se *E* 821 sc. est semper ei. D^1Lp^1 pa. in an. Σ in *om. Don. ut vid.* (*recte*?) 822 quibus cum *Fv* medere *p* (*recte*?) 824 nu. modo po. F^1v^1 his] istis $CPD^2EF^2\eta$ 825 in metu *om.* $D^2E^1\eta^2$ siem *ω* 826 me *om.* P^1v^1 -ntata P^2, *schol. D, Lp* 827 possum Σ ut *initio sequentis versus APDL* 828 suadeat *Aδ* (*schol. D*, L^2 iubeat) Sc. v *nulla nova scaena DL* 830 pr. ea Ph. ut γD^2L: pr. Ph. ut D^1p (*recte*?) potiret *v* 831 mihi una *F* una res restat mihi quae est etiam *CPEη* 833 quidnam] nam quid *v* facturus Ph. A^1P^1 834 sumere *Iov. v* (*recte*?)

PH. vicissim partis tuăs acturus est. *AN.* quas? *PH.* ut fugitet patrem.
te suăs rogavit rursum ut ageres, causam ut pro se diceres;
nam potaturus est apud me. ego me ire senibus Sunium
dicam ad mercatum, ancillulam emptum dudum quam dixit Geta:
ne quom hic non videant me conficere credant argentum suom.
sed ostium concrepuit abs te. *AN.* vidĕ quis egreditur. *PH.* Getast.

vi GETA ANTIPHO PHORMIO

GE. O Fortuna, o Fors Fortuna, quantis commoditatibus,
quam subito meo ero Antiphoni ope vostra hunc onerastis diem!
AN. quidnam hic sibi volt? *GE.* nosque amicos ei(u)s exonerastis metu!
sed ego nunc mihi cesso qui non umerum hunc onero pallio
atque hominem propero invenire, ut haec quae contigerint sciat.
AN. num tu intellegi' quid hĭc narret? *PH.* num tu? *AN.* nil. *PH.* tantundem ego.
GE. ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc sunt. *AN.* heus Geta! *GE.* em tibi:
num mirum aut novomst revocari, cursum quom institeris? *AN.* Geta.

835 fugiat *v* 836 et te *L* suam *Iov.* Σ (*de Don. non liquet*) 838 mercandum D^1 quam du. *A* 839 confundere *schol. D*, L^1 840 incr. D^1L^1 qui *Ap* egrediatur Σ 841 o (*alt.*) *om. p* 842 ero meo *CPDLEη* 843 nos quoque *v* 844 m. n. e. *CPDLEη*: n. e. m. *p* 845 -rit *A* 846 nunc *A* (*corr. Iov.*) hic quid hic *A* et ego D^1Lp 847 ubi *p* revocemus heus *L* 848 -care AD^1p quo *A* -tueris ω (*praeter* CP^1)

GE. pergit hercle. numquam tu odio tūo me vinces. *AN.* non manes?
GE. vapula. *AN.* id quidĕm tibi iam fiet nisi resisti'. verbero.
GE. familiariorem oportet esse hunc: minitatur malum.
sed ĭsne est quem quaero an non? ipsust, congredere actutum. *AN.* quid est?
GE. [o] omnium quantumst qui vivont hominum homo ornatissime!
nam sine controvorsia ab dis solu' diligere, Antipho.
AN. ita velim; sed quĭ ĭstuc credam ita esse mihi dici velim.
GE. satine est si te delibutum gaudio reddo? *AN.* enicas.
PH. quin tu hinc pollicitationes aufer et quod fers cedo. *GE.* oh
tu quoque aderas, Phormio? *PH.* aderam. sed tu cessas. *GE.* accipe, em:
ut modo argentum tibi dedimus apŭd forum, recta domum
sumu' profecti; interea mittit eru' me ad uxorem tuam.
AN. quăm ŏb rem? *GE.* omitto proloqui; nam nil ad hanc rem est, Antipho.
ubi ĭn gynaeceum ire occipio, puer ad me adcurrit Mida,
pone reprendit pallio, resupinat: respicio, rogo
quăm ŏb rem retineat me: ait esse vetitum intro ad eram accedere.
"Sophrona modo fratrem huc" inquit "senis introduxit Chremem"

849 *post* per. *distinguit Don.* pergis *Iov.* P^1 850 AC^1P^1p *Festus* 512, 25: -labis *Iov.* $C^3\delta$ (*praeter p*) $Ev\eta$: -labo C^2P^2 restitis *A* 851 qui min. *L* 852 ipse e. Σ -diare *A* (*corr. Iov.*) PH. congr. act. $CPpE^2v^1$ 853 o *om.* $Ev\eta$ homo hominum *A* honoratissime (on-) *Iov.* Σ 855 di. mi. $E\eta$: dicas mi. δ 856 dil. *Ap* 858 qu. hic ad. γD^2L^2p sed ce. *CPE* 862 occurrit PL^2pE 863 reprehendit *A*: adpreh. *Iov.*: me a. Σ 864 sese *A* (*corr. Iov.*) 865 Chremem hem $D^1L^1p^1$ (*i.e.* Ch. PH. hem?)

ẽumque nunc esse intu' cŭm ĭllis. hoc ubi ego audivi, ad fores
suspenso gradu placide ire perrexi accessi astiti,
animam compressi, aurem admovi: ita animum coepi attendere,
hoc modo sermonem captans. *PH.* eu Geta! *GE.* hic pulcherrimum
facinus audivi: itaque paene hercle exclamavi gaudio.
AN. quod? *GE.* quodnam arbitrare? *AN.* nescio. *GE.* atqui mirificissimum:
patruo' tuos est pater inventu' Phanio uxori tuae. *AN.* hem
quid ais? *GE.* cum ei(u)s consuevit olim matre in Lemno clanculum.
PH. somnium! utine haec ignoraret suŏm patrem? *GE.* aliquid credito,
Phormio, esse causae. sed censen me potuisse omnia
intellegere extra ostium intu' quae inter sese ipsi egerint?
AN. atque ego quoque inaudivi illam fabulam. *GE.* immo etiam dabo
quo mage credas: patruos interea inde huc egreditur foras:
haud multo post cum patre idem recipit se intro denuo:
ait uterque tibi potestatem eius adhibendae dari.
denique ego sum missu' te ut requirerem atque adducerem. *AN.* em
quin ergo rape me: quid cessas? *GE.* fecerō. *AN.* heus Phormio,

866 cum il. int. *P* ego *om. v* 867 gressu D^2 869 PH.] AN. *CPδE* 871 PH. quod Σ (*praeter* D^1) 872 tu. patru. *p* pater est Σ (*praeter v*) *an* tuŏst patēr? hem *om. A* 875 δ: men censen *A*: me censen γ: men censes *Hauler* 876 ip. qu. int. sese δ 877 AN.] PH. Σ a. hercle ego Σ audivi *Iov.* Σ (*non Don.*) il. au. fa. Σ (*praeter v*) im. quoque et. E^1 878 pa. tuus int. *Iov.* 879 id. inde rec. *A* de. *om.* C^1P^1 880 huius δ (D^2 eius) habendae *Iov.* (ab-), Σ (*i.e.* -dai?) dare γD^2 881 mi. sum *ACPE* ut te *Dp* em *om. A* 882 heus *A*: o mi *Iov.* Σ

valĕ. *PH.* vale, Antipho. bene, ita me dĭ ament, factum: gaudeo.

PHORMIO vii

Tantam fortunam de inproviso esse his datam!
summa eludendi occasiost mihi nunc senes
et Phaedriae curam adimere argentariam,
ne quoiquam sūorum aequalium supplex siet.
năm ĭdem hoc argentum, ita ut datumst, ingratiis
eī datum erit: hoc qui cogam re ipsa repperi.
nunc gestu' mihi voltusque est capiundus novos.
sed hinc concedam in angiportum hoc proxumum,
inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras.
quo me adsimularam ire ad mercatum, non eo.

DEMIPHO CHREMES PHORMIO viii

DE. Dis magnas merito gratias habeo atque ago
quando evenere haec nobis, frater, prospere.
quantum potest nunc conveniundust Phormio,
priu' quam dilapidat nostras triginta minas
ut auferamu'. *PH.* Demiphonem si domist
visam ut quod . . *DE.* at nos ad te ibamu', Phormio.
PH. de eādem hac fortasse causa? *DE.* ita hercle. *PH.* credidi:
quid ad me ibati'? *DE.* ridiculum. *PH.* verēbamini
ne non id facerem quod recepissem semel?
heus quanta quanta haec mea paupertas est, tamen

883 ament *om. schol. D*, *η* fac. et gau. *δ* Sc. vii ***nulla nova scaena in*** **Σ** 887 fiat D^1L 888 -tis Σ 889 ei *A*: id D^1 (?), L^1 (?), ***p***: is (iis, his) *cett.* qui co. hoc *v* reapse *Fleckeisen* 890 est *om. E* 891 hinc] hic D^1p hoc] hunc *Priscian.* i. 262 *ut vid.* 894 me. ma. gr. *CP* 895 venere *Ev* *cf. ad* 905 896 co. Ph. est Σ 897 -det Σ (*praeter* C^1) 901 *totum versum Phormioni dant* Σ *A*: an ver. *δ*: an veremini γD^2: rebamini *gl. II*: ***an*** veremini (*cf. Ad.* 986)? 903 heus heus quanta haec Σ

adhuc curavi unum hoc quidem, ut mi esset fides.
CH. estne ita ut⟨i⟩ dixi liberalis? *DE.* oppido.
PH. idque ad vos venio nuntiatum, Demipho,
paratum me esse: ubi voltis, uxorem date.
nam omnis posthabui mihi res, ita uti par fuit,
postquam id tanto opere vos velle animum advorteram.
DE. at hic dehŏrtatus est me nĕ ĭllam tibi darem:
"nam quĭ erit rumor populi" inquit "si id feceris?
olim quom honeste potuit, tum non est data:
e͡am nunc extrudi turpest." ferme eadem omnia
quae tute dudum coram me incusaveras.
PH. satis superbe inluditis me. *DE.* qui? *PH.* rogas?
quia ne alteram quidem illam potero ducere;
nam quo redibo ore ad eam quam contempserim?
CH. (" tum autem Antiphonem video ab sese amittere
invitum eam" inque.) *DE.* tum autem video filium
invitum sane mulierem ab se amittere.
sed transi sodes ad forum atque illud mihi
argentum rursum iubĕ rescribi, Phormio.
PH. quodne ego discripsi porro illis quibu' debui?
DE. quid igitur fiet? *PH.* si vis mi uxorem dare
quam despondisti, ducam; sin est ut velis
manere illam apŭd te, dos hic maneat, Demipho.
nam non est aequom me propter vos decipi,
quom ego vostri honori' causa repudium alterae
remiserim, quae doti' tantundem dabat.
DE. in' hinc malam rem cŭm ĭstac magnificentia,

904 qu. *om.* *L* 905 *vel ante* 894 *vel post* 895 *edd.* DE. . . CH. *A* di. dudum li. δ 906 δ: idque adeo ve. ad vos *A*: itaque ad vos ve. γ 907 me *om.* *CPη* dare *v* 908 ut D^1L^1p 909 op. id vos $C^1P\delta v\eta$ vos *om.* *A* animadv. *A* 913 eam n. e. *A*: n. viduam e. Σ et ferme δ 915 satin *Iov.* Σ inludis D^1L^1p 917 ore red. *Iov.*: ore *om.* *p* 919 tum au. cum vi. *L* 923 discr. *etiam Don.*: perscr. *CPη*: descr. *schol. D*, *Lp*: praescr. *v* 926 dos hic omnis ma. *Cη*: dos hic ma. omnis PD^2 928 alteri Σ (*praeter* D^1p) 930 i in m. r. hinc *A*: in hinc in m. r. C^1P^1: hinc in m. r. D^1: i hinc in m. r. $D^2Lpv\eta$

fugitive? etiamnunc credi' te ignorarier
aut tua facta adeo? *PH.* irritor. *DE.* tune hanc duceres
si tibi daretur? *PH.* fac periclum. *DE.* ut filius
cŭm ĭlla habitet apŭd te, hoc vostrum consilium fuit.
PH. quaeso quid narras? *DE.* quin tu mi argentum cedo.
PH. ĭmmŏ vero uxorem tu cedo. *DE.* in ius ambula.
[in ius] *PH.* enĭmvero si porro esse odiosi pergitis . .
DE. quid facies? *PH.* egone? vos me indotatis modo
patrocinari fortasse arbitramini:
etiam dotatis soleo. *CH.* quid ĭd nostra? *PH.* nihil.
hic quandam noram quoi(u)s vir uxorem *CH.* hem.
DE. quid est?
PH. Lemni habuit aliam, *CH.* nullu' sum. *PH.* ex qua filiam
suscepit; et eam clam educat. *CH.* sepultu' sum.
PH. haec adeo ego illi iam denarrabo. *CH.* obsecro,
ne facias. *PH.* oh tune is eras? *DE.* ut ludos facit!
CH. missum te facimu'. *PH.* fabulae! *CH.* quid vis tibi?
argentum quod habes condonamu' te. *PH.* audio.
quid vos, malum, ergo me sic ludificamini
inepti vostra puerili sententia?
nolo volo; volŏ nolo rursum; cape cedo;
quod dictum indictumst; quod modo erat ratum inritumst.
CH. quo pacto aut unde hic haec rescivit? *DE.* nescio;
nisi me dixisse nemini certo scio.
CH. monstri, ita me dĭ ament, simile. *PH.* inieci scrupulum. *DE.* hem
hicine ut a nobis hoc tantum argenti auferat
tam aperte inridens? emori hercle satius est.

933 data esset Σ 934 habitaput *A* (*corr. Iov.*) 935 narres P^1 936 tu ux. $CP\eta$ 937 enimvero si *etiam Don.*: *vix* enĭm si (*cum* PH. in ius? en.) 940 id *om.* DL^1 943 educar D^1: -cavit Lp^2 (*ex* -ca) 944 ego *om. A* il. *emphatice* 947 -nto $P^2D^1v\eta$ (*non Don.*) 948 -cabamini *A* 949 -pta D^1L^1p 950 ce. ca. $CP\eta$ 951 r. id inr. Σ (*praeter v*) 952 haec hic *Apv* 953 di. id nem. $CP\eta$: di. nem. id *DLpv* 954 monstro *v* simile est *v* 955 ta. hoc Σ

animo virili praesentique ut sis para.
vides peccatum tuom | esse elatum foras
neque iam id celare posse te uxorem tuam:
nunc quod ĭpsa ex aliis auditura sit, Chreme,
id nosmet indicare placabilius est.
tum hunc inpuratum poterimus nostro modo
ulciscī. *PH.* attat nisi mi prospicio, haereo.
hi gladiatorio animo ad me adfectant viam.
CH. at vereor ut placari possit. *DE.* bono animo es:
ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
quom e medio excessit unde haec susceptast tibi.
PH. itan agiti' mecum? satis astute adgredimini.
non hercle ex rĕ ĭsti(u)s me instigasti, Demipho.
ain tu? ubi quae lubitum fuerit peregre feceris
neque hui(u)s sis veritu' feminae primariae
quin novŏ modo ei faceres contumeliam,
venias nunc precibu' lautum peccatum tuom?
hisce ego ĭllam dictis ita tibi incensam dabo
ut ne restinguas lacrumis si exstillaveris.
DE. malum quod isti di deaeque omnes duint!
tantane adfectum quemquam esse hominem audacia!
non hoc publicitu' scelus hinc asportarier
in solas terras! *CH.* in ĭd redactu' sum loci
ut quid agam cŭm ĭllo nesciam prorsum. *DE.* ego scio:
in ius eamus. *PH.* in ius? huc, siquid lubet.
CH. adsequere, retine dum ego huc servos evoco.

958 tu. pecc. *Erasmus* latum $L^2v\eta$ 959 id iam Σ (*praeter v*) 960 -turast AC^1 961 nosmet ipsos ind. Σ (*praeter v*) 968 sa. me ast. δ 969 nonne he. *A* 970 ain tu tandem ubi Σ (*praeter v*) ubi per. tibi quod l. fuit fe. *CPv* (fuerit), η: ubi quae tibi l. fu. per. fe. D^1L^1 (quod *et* fuit *man.* 1 *effecit*), *p* 972 -lias Σ 973 nu. ve. *p* nu. mihi pr. *CPD*η: mihi nu. pr. *Lv* 974 his *CPDp*η 976 = *Plaut. Most.* 655 978 nonne hoc Σ deport. *CPDpv*η: deportabitur *L* 980 cum *om. A* ag. ex il. $P^2D^2Lv\eta$ prorsus δvη 981 iubet *A* 982 (*et* 985) CH. *A*: DE. Σ ac ret. Σ dum hinc e. s. *C*: dum e. hinc s. *Pv*η voco $C\eta^1$

DE. enĭm nequeo solus : accurre. *PH.* una iniuriast
tecum. *DE.* lege agito ergo. *PH.* alterast tecum, Chreme.
CH. rape hunc. *PH.* sic agitis ? enĭmvero vocest opus :
Nausistrata, exi ! *CH.* os opprime inpurum : vide
quantum valet. *PH.* Nausistrata ! inquam. *DE.* non taces ?
PH. taceam ? *DE.* nisi sequitur, pugnos in ventrem ingere.
PH. vel oculum exclude : est ubi vos ulciscar probe.

NAVSISTRATA CHREMES DEMIPHO PHORMIO ix

NA. Qui nominat me ? hem quid ĭstuc turbaest, obsecro,
mi vir ? *PH.* ehem quid nunc obstipuisti ? *NA.* quis hic homost ?
non mihi respondes ? *PH.* hicine ut tibi respondeat,
qui hercle ubi sit nescit ? *CH.* cave ĭsti quicquam cred⟨u⟩as.
PH. abĭ, tange : si non totu' friget, me enica.
CH. nil est. *NA.* quid ergo ? quid ĭstic narrat ? *PH.* iam scies :
ausculta. *CH.* pergin credere ? *NA.* quid ego obsecro
huic credam, qui nil dixit ? *PH.* delirat miser
timore. *NA.* non pol temerest quod tu tam times.
CH. egŏn timeo ? *PH.* recte sane : quando nil times.
et hŏc nil est quod ego dico, tu narra. *DE.* scelus,
tibi narret ? *PH.* ohe tu, factumst abs te sedulo
pro fratre. *NA.* mi vir, non mihi narras. *CH.* at . . *NA.* quid "at" ?

983 (*et* 984) DE. *A* : CH. Σ so. ne. Σ acc. huc $CPD^2Lv\eta$: accurrere *A* : occurrere huic D^1 985 sic *A* : itane Σ (*recte* ?) 986 DE. inp. Σ 987 DE.] CH. $CPDL\eta$ 989 exculpe *A* (*sed cf. Priscian.* ii. 98) pr.] locus Σ 990 CH. hem *Iov.* Σ 991 opticuisti (obt-) $CPD^2L^2v\eta$ 992 hic nunc t. ut re. *v* : hiccine ut t. nunc re. δ 993 CH. *Av* : DE. Σ (*praeter v*) 994 abi *etiam Nonius* 110 995 quid ergo est quod Σ narret $CPD^2\eta$ 1000 hoc *om.* D^1L^1 (*recte* ?) 1002 dices *A*

CH. non opus est dicto. *PH.* tibi quidem; at scito huic opust.
in Lemno *DE.* hem quid ais? *CH.* non taces? *PH.* clam te *CH.* ei mihi!
PH. uxorem duxit. *NA.* mĭ homo, di melius duint!
PH. sic factumst. *NA.* perii misera! *PH.* et inde filiam
suscepit iam unam, dum tu dormis. *CH.* quid agimus?
NA. pro di inmortales, facinu' miserandum et malum!
PH. hoc actumst. *NA.* an quicquam hodiest factum indignius?
qui mi, ubi ad uxores ventumst, tum fiunt senes!

Demipho, te appello: nam cum hoc ipso distaedet loqui:
haecin erant itiones crebrae et mansiones diutinae
Lemni? haecin erat ea quae nostros minuit fructus vilitas?
DE. ego, Nausistrata, esse in hac re culpam meritum non nego;
sed ea qui sit ignoscenda. *PH.* verba fiunt mortuo.
DE. nam neque neglegentia tuă neque odio id fecit tuo.
vinolentu' fere abhinc annos quindecim mulierculam
ea͡m compressit unde haec natast; neque postilla umquam attigit.
ea mortem obiit, e medio abiit qui fuit in re hac scrupulus.
quam ob rem te oro, ut alia facta tua sunt, aequo animo hoc feras.
NA. quid ego aequo animo? cupio misera in hac re iam defungier;

1003 scio $D^2L\eta$ 1004 DE.] CH. Σ: NA. *Dziatzko* CH. (*prius*)] DE. Σ 1008 mis. *A*: indignum Σ (*recte*?) 1009 DE. . . PH. Σ hoc autem est *v*: h. factum est δ 1010 ubi *om.* *A* fiant *DL* 1011 NA. Demipho Σ nam me cum *Iov.* Σ ipso *om. Iov.* 1013 fr. min. *CPDL*η minuebat $D^2L^2pv\eta$ utilitas $D^1L\eta^2$ 1014 meritam *Iov.* Σ (*P* merita) (*recte*?) 1015 qui *Iov.* (*recte*; *cf. atqui*): quae Σ (*praeter* v^1): quin Av^1 1017 sedecim D^1L^1p 1018 post illam Σ (*praeter P*) 1019 morte Ap^1 de med. *A* (*corr. Iov.*) fit *P* in hac re δ*v* 1020 utut *L*

sed quid sperem? aetate porro minu' peccaturum putem?
iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
an mea forma atque aetas nunc magis expetendast, Demipho?
quid mi hic adfers quam ob rem exspectem aut sperem porro non fore?
PH. exsequias Chremeti quibus est commodum ire, em tempus est.
sic dabo: age nunc, Phormionem qui volet lacessito:
"faxo tali sum mactatŭm atque hic ĕst infortunio."
redeat sane in gratiam iam: supplici satis est mihi.
habet haec ei quod, dum vivat, usque ad aurem oggranniat.
NA. at meŏ merito credo. quid ego nunc commemorem, Demipho,
singulatim qualis ego in hŭnc fuerim? *DE.* novi aeque omnia
tecum. *NA.* merito[n] hoc meŏ videtur factum? *DE.* minime gentium.
verum iam, quando accusando fieri infectum non potest,
ignosce: orat confitetur purgat: quid vis amplius?
PH. enĭmvero priu' quam haec dat veniam, mihi prospiciam et Phaedriae.
heus Nausistrata, priu' quam huic respondes temere, audi. *NA.* quid est?
PH. ego minas triginta per fallaciam ab ĭlloc abstuli:
e͡às dedi tu͡o gnato: is pro sua amica lenoni dedit.
CH. hem quid ais? *NA.* adeo hoc indignum tibi videtur, filius

1022 sed *om.* D^1 qui C^1P: qui id *Fleckeisen* aetatem *A* 1024 ma. nunc δ: nunc ma. quam tunc *A* (*corr. Iov.*) 1025 hic *etiam Don.*: nunc CPD^2: *om. v* 1026 em] iam δ*v* 1027 age nunc age *CPv*: age age nunc L^2 1028 *ex tragoedia*? *Don.* ('sum modo pro eo quod est eum; sic frequenter veteres'): sit mactatus AD^1L^1: eum mactatum *cett.* 1029 iam *om. A* 1031 at] an CPD^2v nunc ea co. *A* (*corr. Iov.*), CPD^2L^2v: *vix* nunce (*monosyll.*) co. 1032 singillatim *CP*δ 1034 qu. iam Σ 1036 dat *om. v* 1037 -deas *Lv* 1038 illo Σ 1039 has *v* t. cognato D^1p^1 is] id p^1: is id p^2 1040 *CPv*: adeon (-ne) *cett.* hoc ind. *A*δ: ind. *CPv*: ind. hoc *cett.*

homo adulescens sĭ habet unam amicam, tŭ ŭxores duas?
nil pudere! quo ore illum obiurgabi'? responde mihi.
DE. faciet ut voles. *NA.* immo ut meăm iam scias sententiam,
neque ego ignosco neque promitto quicquam neque respondeo
priu' quam gnatum videro: ei(u)s iudicio permitto omnia:
quod ĭs iubebit faciam. *PH.* mulier sapiens es, Nausistrata.
NA. sati' tibi⟨n⟩ est? *PH.* immo vero pulchre discedo et probe
et praeter spem. *NA.* tu tu͡om nomen dic quid est. *PH.* mihĭn? Phormio:
vostrae familiae hercle amicus et tuŏ summu' Phaedriae.
NA. Phormio, at ego ecastor posthac tibi quod potero, quae voles
faciamque et dicam. *PH.* benigne dici'. *NA.* pol meritumst tuom.
PH. vin primum hodie facere quod ego gaudeam, Nausistrata,
et quod tu͡o viro oculi doleant? *NA.* cupio. *PH.* me ad cenam voca.
NA. pol vero voco. *DE.* ȇamus intro hinc. *NA.* fiat. sed ubist Phaedria
iudex noster? *PH.* iăm hĭc faxo aderit. *CANTOR.* vos valete et plaudite!

1043 f. utut *L* meam *om.* C^1 iam me. C^2Ppv : iam *om.* D^1L 1044 respondes δ 1046 es *om. P* 1047 satis $CP\eta$: satin *cett.* DE. satis *post* est *add. Krause* PH. ω : CH. *Bentley* 1048 quod Σ 1050 ego *om. L* tibi *om. A* quae po. D^1Lp quod vo. *A* : et quae vo. Σ (L^1 quod) 1054 DE. Σ (*in D nota erasa est*) : PH. *A* NA. *A* : CH. Σ 1055 hic *om. v* et *om. L*

HECYRA

DIDASCALIA

I (*secundum A*)

INCIPIT TERENTI HECYRA : ACTA LVDIS MEGALENSIBVS SEXTO IVLIO CAESARE CN · CORNELIO DOLABELLA AEDILIBVS CVRVLIBVS : MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIS PARIBVS TOTA : GRAECA MENANDRV : FACTA EST V : ACTA PRIMO SINE PROLOGO DATA ; SECVNDO CN · OCTAVIO TITO MANLIO COS · RELATA EST LVCIO AEMILIO PAVLO LVDIS FVNERALIBVS ; NON EST PLACITA ; TERTIO RELATA EST Q · FVLVIO LVC · MARCIO AEDILIBVS CVRVLIBVS : EGIT LVC · AMBIVIVS LVC · SERGIVS TVRPIO ; PLACVIT

II (*secundum Σ*)

INCIPIT ⟨TERENTI⟩ HECYRA : ACTA LVDIS ROMANIS SEX · IVL · CAES · CN · CORNELIO AEDILIBVS CVRVLIBVS : NON EST PERACTA : MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS PARILIBVS TOTA[M] : CN · OCTAVIO T · MANLIO · COS · RELATA EST ITERVM L · AEMELIO PAVLO LVDIS FVNEBRIBVS : RELATA EST TERTIO Q · FVLVIO L · MARTIO AEDIL · CVRVL ·

I. 3–4 fecit Fl.] Flaccus Flaccus *A* 5 Menandru] *immo* Apollodoru (*cf. Don.*) 6 Manio *A*

II. 1 Rom. C^2*LEFv*: Megalensibus C^1 : *om. PDp* 3 n. e p. tota C^2*LEFv* 4 totam *PDp* : *om. cett.* 5–6 est . . funebr. *om. E* : relat. . . fun. *h. l. om.* F^1, *in ima pagina suppleta et signis huc revocata sunt* relata est iterum ludis fun. 5 L. Aem. *om.* C^2*LFv* 6 Paulo *PDp* : *om. cett.* funeribus *P* : funeralibus *L* relatas *P* : relata (*om.* est) C^1*E* : *vix* relatast

---

Hec. habent : A (praeter 1–37), CDEη (praeter 85–261, 333–484, 516–880), FG (praeter 1–194, 310–880), LPpπ (nonnisi 280–327, 628–701), v

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

Vxorem ducit Pamphilus Philumenam,
cui quondam ignorans uirgini uitium obtulit,
cuiusque per uim quem detraxit anulum
dederat amicae Bacchidi meretriculae.
dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit.
hanc mater utero grauidam, ne id sciat socrus,
ut aegram ad sese transfert. reuenit Pamphilus,
deprendit partum, celat; uxorem tamen
recipere non uolt. pater incusat Bacchidis
amorem. dum se purgat Bacchis, anulum
mater uitiatae forte adgnoscit Myrrina.
uxorem recipit Pamphilus cum filio.

PERI. 1 duxit Σ 3 eiusque Σ 5 deinde *E* 6 ne . . soc. Σ : comperit *A* 7 se Σ (*recte* ?) revertitur $D^2LEF\eta$: *an* revertit ? 9 reicere *A* non volt *A* : noluit Σ Bacchidem *A* 12 recepit Σ (*praeter Lp*)

PERSONAE

(Prologvs)
Philotis Meretrix
Syra Anvs
Parmeno Servos
(Scirtvs Servos)
Laches Senex
Sostrata Matrona
Phidippvs Senex
Pamphilvs Advlescens
Sosia Servos
Myrrina Matrona
Bacchis Meretrix
(cantor)

PERS. 3 Sura *Don. ad* 83

PROLOGVS (I)

Hecyra est huic nomen fabulaē. haec quom datast
novā, novom intervenit vitium et calamitas
ut neque spectari neque cognosci potuerit:
ita populu' studio stupidus in funambulo
animum occuparat. nunc haec planest pro nova,
et is qui scripsit hanc ob eam rem noluit
iterum referre ut iterum possit vendere.
alias cognostis eiu': quaeso hanc noscite.

PROLOGVS (II)

Orator ad vos venio ornatu prologi:
sinite exorator sim e͡odem ut iure uti senem
liceat quo iure sum usus adulescentior,
novas qui exactas feci ut inveterascerent,
ne cum poeta scriptura evanesceret.
in îs quas primum Caecili didici novas
partim sum earum exactu', partim vix steti.
quia scibam dubiam fortunam esse scaenicam,
spe incerta certum mihi laborem sustuli,
e͡asdem agere coepi ut ab eodem alias discerem
novas, studiose nĕ ĭllum ab studio abducerem.

1 -ra *testantur Don.*, *Arusian.* 494, *Serv. in Aen.* i. 267   1–2 *ita etiam Priscian. Metr. Ter.* 423 (data est)   *vix* (1) data (2) est nova   2 novae no. *edd.*: 'deest huic' *Don.*   7 po. it. *p*: it. posset *v*   *post* 7 *lacunam statuunt edd.* (*non Don. ut vid.*)   8 cognoscitis D^1v^1 qu. nunc hanc Σ (*praeter* F^1v)   cognoscite D^1pFv PROL. II] L. Ambivius Prologus *D* (*cf. Don.*)   10 facite *Fest.* 196 (*non Don. in Andr.* 24; *Lact. Plac. in Theb.* i. 666)   13 *om. p*   14 quam $P^1D^2Fv^1\eta$: qua L^1 18 ut] et D^1 (?), *p*   discere D^1p

perfeci ut spectarentur: ubi sunt cognitae,
placitae sunt. ita poetam restitui in locum
prope iam remmotum iniuria advorsarium
ab studio atque ab labore atque arte musica.
quod si scripturam sprevissem in praesentia
et ĭn deterrendo voluissem operam sumere,
ut in otio esset potiu' quam in negotio,
deterruissem facile ne alias scriberet.
nunc quid petam meă causa aequo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
numquam agere licitumst; ita eam oppressit calamitas.
e͡am calamitatem vostra intellegentia
sedabit, si erit adiutrix nostrae industriae.
quom primum eam agere coepi, pugilum gloria
(funambuli e͡odem accessit exspectatio),
comitum conventu', strepitu', clamor mulierum
fecere ut ante tempus exirem foras.
vetere in nova coepi uti consuetudine
in experiundo ut essem; refero denuo.
primo actu placeo; quom interea rumor venit
datum iri gladiatores, populu' convolat,
tumultuantur clamant, pugnant de loco:
ego ĭnterea meŭm non potui tutari locum.
nunc turba nulla est: otium et silentiumst:
agendi tempu' mihi datumst; vobis datur
potestas condecorandi ludos scaenicos.
nolite sinere per vos artem musicam
recidere ad paucos: facite ut vostra auctoritas
meae aŭctoritati fautrix adiutrixque sit.

20 sunt *om. Don.* (*non Serv. ad Aen.* x. 106) *an* ubi eae co.? 22 remm. *Don.* 23 at. ab] ac D^1 at. ab ar. $\gamma D^2 L$ (*non Don.*) 25 in] id $D^2 LEF^1 v\eta$ 34 acc. *etiam Porph. in Hor. Sat.* i. 10, 28 (funambulum) 38 'hoc est ut iterum temptarem' *Eugr.* 40 datuiri $D^1 p$ (*recte*?) 43 nulla $\gamma D^2 L$: non *cett.* 47 recc. *Ap*

si numquam avare pretium statui arti meae
et eum ĕsse quaestum in animum induxi maxumum
quam maxume servire vostris commodis,
sinite impetrare me, qui in tutelam meam
studium suom et se in vostram commisit fidem,
ne eûm circumventum inique iniqui inrideant.
meă causa causam accipite et date silentium,
ut lubeat scribere aliis mihique ut discere
novas expediat posthac pretio emptas meo.

49–51 *cf. Haut.* 48–50 49 st. pr. *A* 50 et *om. A* eum *om. E* ind. meum ma. *A* 52 -ellam *A* 53 *an* sese ? 55 causam hanc Σ occ. D^2LEF^2 et] ac D^1pFv 57 empta est m. *A*

ACTVS I

i PHILOTIS SYRA

PH. Per pol quam paucos reperias meretricibus
fidelis evenire amatores, Syra.
vel hic Pamphilus iurabat quotiens Bacchidi,
quam sancte, uti quivis facile posset credere,
numquam illa viva ducturum uxorem domum!
em duxit. *SY.* ergo propterea te sedulo
et moneo et hortor ne quoiusquam misereat,
quin spolies mutiles laceres quemque nacta sis.
PH. utine eximium neminem habeam? *SY.* neminem:
nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit
quin ita paret sese abs te ut blanditiis suis
quam minimo pretio suam voluptatem expleat.
hiscin tu amabo non contra insidiabere?
PH. tamen pol eandem iniuriumst esse omnibus.
SY. iniurium autem est ulcisci advorsarios,
aut qua via te captent eadem ipsos capi?
eheu me miseram, quor non aut istaec mihi
aetas et formast aut tibi haec sententia?

ii PARMENO PHILOTIS SYRA

PA. Senex si quaeret me, modo isse dicito
ad portum percontatum adventum Pamphili.

58 paucis *Don.* ('sic enim Apollodorus') 60 hic *om.* D^1 (*non Don. in Eun.* 397) 61 uti $D^2LEF^1\eta$: ut *cett.* possit $CPLF^1\eta$ 62 vi. se du. *A* ux. du. $CPLE\eta$ *Don. ad* 99 (*recte* ?) 63 exduxit *A* (*corr. Iov.*) (*non Don.*) se. *etiam Don.* : *om. A* 64 C^1P^1 (*cf. Don.* 'deest te') : -reas *A* (*Iov. del.* s *et superscr.* te) : misereat te *schol. C*, P^2 : te misereat $DLpEFv\eta$ 65 quemquem $CPD^2L^2p^2E\eta$ *Pompeius* 207, *Cledon.* 52 : quemquam D^1L^1 67 qu. il. Σ *Don. ad Phorm.* 81 (*non Don. ad Eun.* 240) 68 se *A* (*non Don. ad Eun.* 240) 69 voluntatem *D* (*non Don. l. c.*) 70 non *om. A* 71 ean. pol *A* 72 est au. *F* 73 capt. illi *CPLEFv Claud. Don. in Aen.* xi. 109 : capient D^1 : capient illi D^2 77 -cont- (*ω praeter v*) *et* -cunct- (*v*) *Don.*

audin quid dicam, Scirte? si quaeret me, uti
tum dicas; si non quaeret, nullu' dixeris,
alias ut uti possim causa hac integra.
sed videon ego Philotium? unde haec advenit?
Philoti', salve multum. *PH.* o salve, Parmeno.
SY. salve mecastor, Parmeno. *PA.* et tu edepol, Syra.
dic mi, ubi, Philoti', te oblectasti tam diu?
PH. minime equidem mĕ ŏblectavi, quae cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo:
biennium ibi perpetuom misera illum tuli.
PA. edepol te desiderium Athenarum arbitror,
Philotium, cepisse saepe et te tuom
consilium contempsisse. *PH.* non dici potest
quam cupida eram huc redeundi, abeundi a milite
vosque hic videndi, antiqua ut consuetudine
agitarem inter vos libere convivium.
nam illi[c] haud licebat nisi praefinito loqui
quaĕ ĭlli placerent. *PA.* haud opinor commode
finem statuisse orationi militem.
PH. sed quid hŏc negotist? modo quae narravit mihi
hic intu' Bacchi'? quod ego numquam credidi
fore, ut ille hac viva posset animum inducere
uxorem habere. *PA.* habere autem? *PH.* eho tu, an non habet?
PA. habet, sed firmae haec vereor ut sint nuptiae.
PH. ita di deaeque faxint, si in rem est Bacchidis.
sed quĭ ĭstuc credam ita esse dic mihi, Parmeno.
PA. non est opus prolato hoc: percontarier
desiste. *PH.* nempe e͡a causa ut ne id fiat palam?
ita me dĭ amabunt, haud propterea te rogo,

80 ut *om.* AP^1D^1L 84 Ph. u. *ω* (*vix pro* Philoti ubi) 85 'me acutius proferendum est' *Don.* 91 abe. *om.* *A* (*add. Iov.*), D^1 92 ut *om.* F^1v 94 illi *Don.* ('significat illic') 97 'quae acuendum est ut sit qualia et quanta' *Don.*: quod *A* 101 haec E^1 104 *vel ante vel post* hoc *dist. Don.* -cunct- *v* 106 p^1 *Don.* ('pro ament'): ament *A*: bene ament Σ (*praeter* p^1)

uti hŏc proferam, sed ŭt tacita mecum gaudeam.
PA. numquam tam dices commode ut tergum meum
tuam in fidem committam. *PH.* ah noli, Parmeno:
quasi tu non multo malis narrare hoc mihi
quam ego quae percontor scire. *PA.* (vera haec praedicat
et ĭllud mihi vitiumst maxumum.) si mihi fidem
das te tacituram, dicam. *PH.* ad ingenium redis.
fidem do: loquere. *PA.* ausculta. *PH.* istic sum. *PA.* hanc Bacchidem
amabat ut quom maxume tum Pamphilus
quom pater uxorem ut ducat orare occipit
et haec communia omnium quae sunt patrum,
sese senem esse dicere, illum autem unicum:
praesidium velle se senectuti suae.
ill' primo se negare; sed postquam acrius
pater instat, fecit animi ut incertus foret
pudorin anne amori obsequeretur magis.
tundendo atque odio denique effecit senex:
despondit ēī gnatam hui(u)s vicini proxumi.
usque illud visum est Pamphilo ne utiquam grave
donec iam in ipsis nuptiis, postquam videt
paratas nec moram ullam quin ducat dari,
ibi demum ita aegre tulit ut ipsam Bacchidem,
si adesset, credo ibi eiu' commiseresceret.
ubiquomque datum erat spatium solitudinis
ut conloqui mecum una posset: "Parmeno,
perii, quid ego egi! in quod me conieci malum!
non potero ferre hoc, Parmeno: perii miser."

107 ut h. Σ ut ta me. *etiam Eugr. ad Eun.* 553: ut me. ta. *Serv. ad Aen.* i. 502 108 numquid p^2F^1 di. tam *Iov.* 110 non tu *DpF* 111 -ter CPD^2LEF: percunctor *v* 115 ut *om. A* quom] tum P^1pE^2 117 omn. co. *DpFv* 118 se Σ il. esse un. D^1p: il. au. esse un. γ*L* 119 -diam *A*: -dia *Dp* (*recte* ?) -utis *D* 120 se pr. *A* 121 facit $DLp^2E^1F^1v$ 133 h. f. P^1Fv h. diutius Parm. *A*

PH. at te di deaeque perduint cum istoc odio, Lache!
PA. ut ăd pauca redeam, uxorem deducit domum.
nocte illa prima virginem non attigit;
quae consecutast nox eam, nihilo magis.
PH. quid ais? cum virgine una adulescens cubuerit
plus potu', sese illa abstinere ut potuerit?
non veri simile dici' neque verum arbitror.
PA. credo ita videri tibi. nam nemo ad te venit
nisi cupiens tūī; ille invitus illam duxerat.
PH. quid deinde fit? *PA.* di-ebu' sane pauculis
post Pamphilus me solum seducit foras
narratque ut virgo ab se integra etiam tum siet,
seque ante quăm eam uxorem duxisset domum,
sperasse eas tolerare posse nuptias.
"sed quam decrerim me non posse diutius
habere, eam ludibrio haberi, Parmeno,
quin integram itidem reddam, ut accepi ab suis,
neque honestum mihi neque utile ipsi virginist."
PH. pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
PA. "hoc ego proferre incommodum mi esse arbitror;
reddi patri autem, quoi tu nil dicas viti,
superbumst. sed ĭllam spero, ubi hoc cognoverit
non posse se mecum esse, abituram denique."
PH. quid ĭnterea? ibatne ad Bacchidem? *PA.* cotidie.
sed ut fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
maligna multo et mage procax facta ilico est.
PH. non edepol mirum. *PA.* atque ea res multo maxume

134 deaeque omnes *p* perdent p^2F^1v istoc D^1p *ps.-Acron in Hor. Sat.* i. 7, 6 od. isto *A* *vix iamb. senar.* (*cum* perdūint *et* isto) 137 *post* eam *distinguit Don.* nihil *CP* 139 po. is se il. *Iov.* (*recte*?) : po. se il. $C^1P^1D^2p^1$, *schol. E*, F^2 : po. sed il. *L* : potuisse il. D^1 (*cf. Don. ad Ad.* 470) : potis se il. E^1F^1v : po. sese il. *etiam Arusian.* 457 140 neque] nec *A etc.* 142 *an delend.* tui? 144 deducit *AE* 148 sed postquam *A* (*corr. Iov.*) 150 D^1p : a *cett.* 151 D^1p : vi. est *cett.* 152 ac *A* : et Σ *Don. ad* 378 (*recte*?) 154 au. pa. *Iov.* tu *om. P* 156 se *om. A* (*add. Iov.*) 158 *an* uti? se γ*L* 160 atqui AD^1pE : *cf. Don.* 'atqui; legitur et atque'

diiunxit illum ab illa, postquam et ipse se
et illam et hanc quae domi erat cognovit satis,
ad ĕxemplum ambarum mores e͡arum existimans.
haec, ita uti liberali esse ingenio decet,
pudens modesta incommoda atque iniurias
viri omnis ferre et tegere contumelias.
hic animu' partim uxori' misericordia
devinctu', partim victus hui(u)s iniuriis
paullatim elapsust Bacchidi atque huc transtulit
amorem, postquam par ingenium nactus est.
interea in Imbro moritur cognatus senex
horunc: ea ad hos redibat lege hereditas.
eo amantem invitum Pamphilum extrudit pater.
reliquit cum matre hic uxorem; nam senex
rus abdidit se, huc raro in urbem commeat.
PH. quid adhuc habent infirmitatis nuptiae?
PA. nunc audies. primo dies complusculos
bene convenibat sane inter eas. interim
miris modis odisse coepit Sostratam:
neque lites ullae inter eas, postulatio
numquam. *PH.* quid igitur? *PA.* siquando ad eam accesserat
confabulatum, fugere e conspectu ilico,
videre nolle: denique ubi non quit pati,
simulat se ad matrem accersi ad rem divinam, abit.
ubi ĭllic di͡es est compluris, accersi iubet:

161 *an* illunc (*cum* ab ĭlla)? illa nam po. *A* sese Σ (*praeter* PD^1) 164 ut *A* (*corr. Iov.*), *p* ing. esse $CPLEF^2$ 165 pu. et mo. D^1Fv 167 animus *etiam Don.* 168 huiusce *Fv* (*recte*?) -ria γD^2Lp^2 169 est *om. AE* (*non Arusian.* 472) huic *CPDLEF* 172 horuncc *A* (*corr. Iov.*): horunce *p*: horum *cett.* ea *om. schol. C*, D^2LpEFv de lege *A* 174 CPD^2LEFv: relinquit *cett.*: *cf. Don.* 'relinquit; legitur et reliquit' 175 sese Σ (*praeter* D^1) (*non Don. ad* 224) 177 *Iov.* D^1p^1: primos *A*: primum γ, *schol. D*, Lp^2 *Priscian.* i. 104 178 interim *om. A* (*add. Iov.*) 183 quivit $CPD^2Lp^2EF^2v$ 184 a matre γD^2Lp^2

dixere causam tum nescioquam. iterum iubet :
nemo remisit. postquam accersunt saepius,
aegram esse simulant mulierem. nostra ilico
it visere ad eam : admisit nemo. hoc ubi senex
rescivit, heri ea causa rure huc advenit,
patrem continuo convenit Philumenae.
quid egerint inter se nondum etiam scio ;
nisi sane curaest quorsum eventurum hoc siet.
habes omnem rem : pergam quo coepi hoc iter.
PH. et quidem ego ; nam constitui cum quodam hospite
me esse illum conventuram. *PA.* di vortant bene
quod agas ! *PH.* vale. *PA.* et tu bene vale, Philotium.

ACTVS II

LACHES SOSTRATA i

LA. Pro deum ătque hominum fidem, quod hŏc genus est, quaĕ haĕc est coniuratio !
utin omnes mulieres eadem aeque studeant nolintque omnia
neque declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias !
itaque adeo uno animo omnes socrŭs oderunt nurus.
virĭs esse advorsas aeque studiumst, simili' pertinaciast,
in eodemque omnes mihi videntur ludo doctae ad malitiam ; et
ēī ludo, si ullus est, magistram hanc esse sati' certo scio.
SO. me miseram, quae nunc quăm ŏb rem accuser nescio. *LA.* hem

186 *om.* C^1P^1 tum cau. P^2 : tunc cau. *schol. C*, *LE* tunc *Fv* 189 ad eam vi. *Macrob. de Diff.* 624 ; 646 193 cur. mihi est *DpFv* 194 coepi *etiam Nonius* 318 : occepi *Arusian.* 502 195 equidem γ*D* 197 qu. agis *P* : quid agas D^2Lv 198 *vel* genŭst qu. e. h. c. *p* : et qu. e. h. c. *Fv* 199 ut $C^2D^2GLpEFv$ *Arusian.* 508 201 ita *E* ideo *A* (*corr. Iov.*) od. od. *Umpfenbach* (*sed cf. Class. Quart.* xix. 29) 203 mi. omn. *L* et *initio* 204 Σ : *om. A* 205 qu. ob causam *Serv. in Aen.* i. 410

tu nescis? *SO.* non, ita me di bene ament, mi Lache,
itaque una inter nos agere aetatem liceat. *LA.* di mala prohibeant.
SO. meque abs te inmerito esse accusatam post modo rescisces. *LA.* scio,
te inmerito? an quicquam pro istis factis dignum te dici potest?
quae mĕ ĕt tĕ ĕt familiam dedecoras, filio luctum paras;
tum autem ex amicis inimici ut sint nobis adfines facis,
qui illum decrerunt dignum su͡os quoi liberos committerent.
tu sola exorere quae perturbes haec tua inpudentia.
SO. egŏn? *LA.* tŭ ĭnquam, mulier, quae me omnino lapidem, non hominem putas.
an, quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini
quo quisque pacto hic vitam vostrarum exigat?

multo melius hic quae fiunt quam illi[c] ubi sum adsidue scio.
ideo quia, ŭt vos mihi domi eriti', proinde ego ero fama foris.
iampridem equidem audivi cepisse odium tu͡i Philumenam,
minimeque adeo [est] mirum, et nĭ ĭd fecisset mage mirum foret;
sed non credidi adeo ut etiam totam hanc odisset domum:
quod si scissem illa hic maneret potiu', tŭ hĭnc isses foras.
at vidĕ quam inmerito aegritudo haec oritur mi abs te, Sostrata:
rus habitatum abii concedens vobis et re͡i serviens,
sumptus vostros otiumque ut nostra res posset pati,

206 non *om.* D^2LEF^1v (*cacemphati vitandi causa*? *cf. Don.*) bene *om.* $ACPD^1LEF^2$ *an* di amabunt (*cf. ad* 106)? 208 esse *om.* D^1Gpv postmodum Σ 209 dig. de te *schol. P, Fv*: dig. in te E^2 210 fam. omnem ded *A* 212 dig. dec. *Serv. in Aen.* x. 532 213 -bas C^1G 214 *p*: egone *cett.* putes p^1 (*non Eugr. in Haut.* 1003) 215 cr. es. *ALE*: es. *inter lineas F. schol. v* ne. me arb. *A* 216 vestrorum Σ (*praeter Gp*) (*cf. Don.*?) 218 aut hos *A* (*corr. Iov.*): aut vos p^1: et vos G^1 220 est *om.* γD^2L (*cf. Haut.* 245) ne $D^2LE^1F^1$ 222 hic *om. p* (*pro* illaec ma.?) po. *om. A* tu *om.* C^1 esses *A* (*corr. Iov.*) 223 aut *A* (*corr. Iov.*) at quidem qu. *E* 225 sumptos *A*

me͡o labori haud parcens praeter aequom atque aetatem meam.
non te pro his curasse rebu' nequid aegre esset mihi!
SO. non mea opera neque pol culpa evenit. *LA.* immo maxume:
sola hic fu͡isti: in tĕ ŏmnis haeret culpa sola, Sostrata.
quae hic erant curares, quom ego vos curis solvi ceteris.
cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
illi(u)s dices culpa factum? *SO.* haud equidem dico, mi Lache.
LA. gaudeo, ita me dĭ ament, gnati causa; nam de te quidem
sati' scio peccando detrimenti nil fieri potest.
SO. qui scis an ea causa, mi vir, me odisse adsimulaverit
ut cum matre plus una esset? *LA.* quid ais? non signi hoc sat est,
quod herĭ nemo voluit visentem ad eam te intro admittere?
SO. enĭm lassam oppido tum esse a͡ibant: eo ad eam non admissa sum.
LA. tu͡os esse ego ĭlli mores morbum mage quam ullam aliam rem arbitror,
et merito adeo; nam vostrarum nullast quin gnatum velit
ducere uxorem; et quae vobis placitast condicio datur:
ubi duxere inpulsu vostro, vostro inpulsu e͡asdem exigunt.

PHIDIPPVS LACHES SOSTRATA ii

PH. Etsi scio ego, Philumenā, me͡um ius esse ut te cogam
quae ego imperem facere, ego tamen patrio animo victu' faciam

227 *om. A* (*non Don., Eugr., Arusian.* 453) esse GF^1 228 venit D^2LF^1v 229 sola (*alt.*) *om.* AD^1Gp (*non Don.*) cu. So. sola *E* 230 nos *A* so. cu. Σ 231 susc. an. *p* 232 eq. hic o mihi *A* 235 me *om.* F^1v od. se $PD^2G^2Lp^2EFv$: od. sese *C* -larit *A* : -lavit *E* 236 una pl. *F* hoc *om.* *γL* 237 te ad eam $DGpF^1v$ mittere D^1GF^1 (*cf. ad* 329) 238 la. eam op. γD^2L esse *om.* $C^2P^1D^2LEFv$ ai. tum es. D^1Gp 239 ego *om.* γD^2L ma. *om.* *P* qu. ma. *L* ul. *om.* D^1GpF^1v 241 placita co. est *DGpFv*

ut tibi concedam neque tuae lubidini advorsabor.
LA. atque eccum Phidippum optume video: hinc iam scibo hoc quid sit.
Phidippe, etsi ego mĕ̂is me omnibus scio ĕsse adprime obsequentem,
sed non adeo ut mea facilitas corrumpat illorum animos:
quod tu si idem faceres, magis in rĕm ĕt vostram et nostram id esset.
nunc video in illarum potestate esse te. *PH.* heia vero.
LA. adii te heri de filia: ut veni, itidem incertum amisti.
haud ita decet, si perpetuam hanc vis esse adfinitatem,
celare te iras. siquid est peccatum a nobis profer:
aut ea refellendo aut purgando vobis corrigemus
te iudice ipso. sin east causa retinendi apud vos
quia aegrast, te mihi ĭniuriam facere arbitror, Phidippe,
si metui' satis ut meaĕ domi curetur diligenter.
at ita me dĭ ament, haud tibi hoc concedo—[etsi] illi pater es—
ut tŭ ĭllam salvam mage velis quam ego: id adeo gnati causa,
quem ego intellexi illam haud minus quam se ipsum magni facere.
neque adeo clam me est quăm ĕsse eum graviter laturum credam,
hoc si rescierit: ĕ̂ŏ domum studeo haec priu' quam ille redeat.
PH. Laches, et diligentiam vostram et benignitatem

246 hinc *A Don.*: ex hoc *Iov.* Σ vid. ex hoc iam sc. qu. *D* (quod), *GpFv*: vid. iam sc. ex hoc qu. *CPLE* siet ω 247 etsi *testatur Charis.* 229 meis omnibus cio me esse *A* me meis *DGp* (*non Charis.*; *Arusian.* 455) 248 *CPLE*: fa. mea *cett.*, *Charis.* eorum animum *Charis.* 249 si tu Σ et no. et vo. *DGpFv* 251 heri te *p* inc. me am. *DGp* amisti *G Don.*: -sisti *cett.* 252 perpetem *Bentley* hanc *post* adf. *A* (*corr. Iov.*) 253 si quidem pe. *D E*: si quidemst pe. *F* 255 ret. cau. *Bentley* 257 do. meae *L* 258 di bene am. *p* etsi *om. Don. ut vid.* patēr (*iamb.*) ('compendium attulit')? 260 haud mi. il. *L* ma. fac. (fic.) *Iov.* $CPLp^1$: magnificare *cett.* 262 p^2 *Arusian.* 508: il. huc red. γD^2L: il. ut red. *cett.* 263 *vix* Lache

novi et quae dicis omnia esse ut dicis animum induco,
et te hoc mihi cupio credere : illam ad vos redire studeo
si facere possim ullo modo. *LA.* quae res te id facere prohibet?
eho num quid nam accusat virum? *PH.* minime. nam postquam attendi
magis et vi coepi cogere ut rediret, sancte adiurat
non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.
aliud fortasse aliis viti est : ego sum animo leni natus :
non possum advorsari meis. *LA.* em Sostrata. *SO.* heu me miseram!
LA. certumne est istuc? *PH.* nunc quidem ut videtur : sed num quid vis?
nam est quod me transire ad forum iam oportet. *LA.* eŏ tecum una.

SOSTRATA iii

Edepol ne nos sumus inique aeque omnes invisae viris
propter paucas, quae omnes faciunt dignae ut videamur malo.
nam ita me dĭ ament, quod me accusat nunc vir, sum extra noxiam.
sed non facile est expurgatu : ita animum induxerunt socrus
omnis esse iniquas : haud pol mequidem ; nam numquam secus

264 in an. ind. meum *A* 265 mihi hoc *DGpFv* 266 *γL* : fac. id proh. *cett.* 268 vi] ut *A* (*corr. Iov.*) 269 ap. vos] illic *Don. ad* 451 (*non Serv. ad Aen.* xii. 816) se *ante* non *Serv.* 270 aliis] alii *CPD*^{2}*L*^{2}*p*, *schol. E*, *Fv* 271 heu] hem *A* 272 num *om. A* 273 ad fo. tr. *Fv* -teat *A* 274 in. ae.] 'comicum παρόμοιον' *Don.* su. mulieres ae. *CP*^{1} (inique *man.* 2), *D*^{2}*GLEFvη* : su. mulieres in. ae. *D*^{1}*p* ae. omnino omn. *A* (*corr. Iov.*) 275 -emur *D*^{2}*L*^{1}*η*^{1} 276 me (*alt.*) *om. η* accusant *A* 277 -atum *δ* : excusatu *F*^{1}*v* 278 equidem *Skutsch* (*Herm.* xxxii. 95) nu. *om. p*

habui illam ac si ex mĕ ĕsset gnata, nec quĭ hŏc mi eveniat scio;
nisi pol filium multimodis iam exspecto ut redeat domum.

ACTVS III

i PAMPHILVS PARMENO (MYRRINA)

PAM. Neminī plura acerba credo esse ex amore homini umquam oblata
quam mi. heu me infelicem, hancin ego vitam parsi perdere!
hacin causa ego eram tanto opere cupidu' redeundi domum! hui
quanto fuerat praestabilius ubivis gentium agere aetatem
quam huc redire atque haec ita esse miserum me resciscere!
nam nos omnes quibus est alicunde aliquis obiectus labos,
omne quod ĕst interea tempu' priu' quam id rescitumst lucrost.
PAR. ac sic citiu' qui te expedias his aerumnis reperias:
si non rediisses, haec irae factae essent multo ampliores.
sed nunc adventum tuom ambas, Pamphile, sciŏ reverituras:
rem cognosces, iram expedies, rursum in gratiam restitues.
levia sunt quae tu pergravia esse in animum induxti tuom.

279 gn. es. *L* -niet *γL* ev. mihi *Fv* 280 ex.] *cf. ad* 596: expeto *Bentley* (*sed cf. Don.*) 281 ne. ego pl. *Iov. DGpFv* pl. ego *CPLEηπ* hominum D^1L: -ne *G* 283 hui *Fleckeisen*: cui ω (*initio versus sequentis APDGLFvηπ*) 284 aet. ag. ge. *π* 286 nos *om.* D^1Gp 287 rescitum (*om.* st) *Iov.* 288 ac sic *A* (*cf. Don.* 'sed sic'?): ac sit *Iov.* (?): at sit $C^1Gp^1Fv\eta\pi$: at si D^1: at sic PL^2E (*recte*?): ac si *cett.* 289 haec A^2: hae $A^1\Sigma$ 291 resties *A* (*corr. Iov.*)

PAM. quid consolare me? an quisquam usquam gentiumst aeque miser?
priu' quam hanc uxorem duxi habebam alibi animum amori deditum;
tamen numquam ausu' sum recusare ĕām quam mi obtrudit pater:
iam in hac re, ut taceam, quoivis facile scitust quam fuerim miser.
vix me illi⟨m⟩ abstraxi atque inpeditum in ea expedivi animum meum,
vixque huc contuleram: em nova res ortast porro ab hac quae me abstrahat.
tum matrem ex ĕā re me aut uxorem in culpa inventurum arbitror;
quod quom ita ĕsse invenero, quid restat nisi porro ut fiam miser?
nam matri' ferre iniurias me, Parmeno, pietas iubet;
tum uxori obnoxius sum: ita olim sŭō me ingenio pertulit,
tot mĕās iniurias quae numquam in ullo patefecit loco.
sed magnum nescioquid necessest evenisse, Parmeno,
unde ira inter eas intercessit quae tam permansit diu.
PAR. haud quidem hĕrcle: parvom; si vis vero veram rationem exsequi,
non maxumas quae maxumae sunt interdum irae iniurias
faciunt; nam saepe est quibus in rebus aliu' ne iratus quidem est,
quom de ĕādem causast iracundu' factus inimicissimus.
pueri inter sese quam pro levibu' noxiis iras gerunt

293 us. *om.* γD^2L est *om.* π 295 *post* 296 Σ 296 cuius *A* (*corr. Iov.*) *i. e.* scitu est: scitum est C^1PD^1G: est sc. *EF*: est *om.* $DL^1v\eta\pi^1$ 297 illi *A*: illic *Iov.* π: illinc *cett.* 298 co. me em *A* 299 me *om.* γD^2L in cu. *om.* D^1G 300 *an delend.* esse? po. ni. *DGpFv* 302 perpulit *A* (*corr. Iov.*) 303 in *om.* $D^2LE\eta$ 304 magno *A* (*corr. Iov.*) nec. sit D^1E^1 est te venisse *A* 306 aut *Bentley* parum *Iov.* pa. est Σ (*praeter* C^1P) (*non Don.*) 307 sunt *om.* F^1v^1 non maxumae . . iniuriae *Goveanus* (*sed cf. Don.*) 308 in qu. re. D^2GpFv est *om.* *F* (*add., post ne,* F^2)

quapropter? quia enĭm qui e͡os gubernat animus eum ĭnfirmum gerunt.
itidem illae mulieres sunt ferme ut pueri levĭ sententia:
fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc concivisse.
PAM. abĭ, Parmeno, intro ac me venisse nuntia. *PAR.* hem quid hŏc est? *PAM.* tace.
trepidari sentio et cursari rursum prorsum. *PAR.* agedum, ad fores
accedo propius. em sensistin? *PAM.* noli fabularier.
pro Iuppiter, clamorem audivi. *PAR.* tute loqueris, me vetas.
(*MY. intus*) tace obsecro, mea gnata. *PAM.* matri' vox visast Philumenae.
nullus sum. *PAR.* quidum? *PAM.* perii. *PAR.* quăm ŏb rem? *PAM.* nescioquod magnum malum
profecto, Parmeno, me celant. *PAR.* uxorem Philumenam
pavitare nescioquid dixerunt: id si forte est nescio.
PAM. interii; quor mihi id non dixti? *PAR.* quia non poteram una omnia.
PAM. quid morbi est? *PAR.* nescio. *PAM.* quid? nemon medicum adduxit? *PAR.* nescio.
PAM. cesso hinc ire intro ut hoc quam primum quidquid est certo sciam?
quonam modo, Philumenā mea, nunc te offendam adfectam?
nam si periclum ullum in te inest, perisse me una haud dubiumst.—

311 qua *om. A* eum *om.* $\gamma D^2 L$ gerant $D^2 L F \eta$ 312 sunt *om. v* 313 *Don., gl. II*: -isset *Iov.*: conciverit Σ (*cf. Don. ut. vid.* 'concivisse: conciverit commoverit'): concluserit *A* (*pro* conciverit?) 314 PAM. qu. h. e. PAR. tace *v* 315 PAR. trep. *CPEF* sursum pr. $C^1 P$ pr. *om. A* PAR. (*ante* ag.) *om.* Σ 316 -de Σ (*praeter* $D^1 p$) PAR. hem sens. $D L p v^1$ 317 audio γ, *schol. D*, $L p^2$ 319 pe.] quia pe. Σ (*praeter* $F^1 v$) 320 prospecto *A* $\gamma D^2 L^1 p^2$: celas *cett.* 322 *A*: id n. m. $D F^1 v$: n. id m. *p*: id m. n. *cett.* 324 certum $\gamma D^2 L$ 325 mea *om. A* te n. *CPLEηπ* 326 in te est $D^1 p$ (*recte*?)

PAR. non usu' factost mihi nunc hunc intro sequi;
nam invisos omnis nos esse illis sentio:
herĭ nemo voluit Sostratam intro admittere.
si forte morbus amplior factus siet
(quod sane nolim, maxume erĭ causa mei),
servom ilico introisse dicent Sostratae,
aliquid tulisse comminiscentur mali
capiti atque aetati illorum morbu' qui auctu' sit:
era ĭn crimen veniet, ego vero in magnum malum.

SOSTRATA PARMENO PAMPHILVS ii

SO. Nescioquid iamdudum audio hic tumultuari misera:
male metuo ne Philumenae mage morbus adgravescat:
quod te, Aesculapi, et te, Salus, nequid sit huius oro.
nunc ad eam visam. *PAR.* heus Sostrata. *SO.* hĕm. *PAR.* iterum istinc excludere.
SO. ehĕm Parmeno, tun hic eras? perii, quid faciam misera?
non visam uxorem Pamphili, quom in proxumo hic sit aegra?
PAR. non visas? ne mittas quidem visendi causa quemquam.
nam quĭ amat quoĭ odio ipsus est, bis facere stulte duco:
laborem inanem ipsus capīt et ĭlli molestiam adfert.
tum filius tuos intro iit videre, ut venit, quid agat.
SO. quid ais? an venit Pamphilus? *PAR.* venit. *SO.* dis gratiam habeo.
hĕm ĭstoc verbo animu' mihi redit et cura ex corde excessit.

327 'facto abundat' *Don.* mihi] me D^1p hunc *om.* F^1v^1 328 nos omn. *L* 329 So. ipsam *p* mitt. $CPD^2LEF^2\eta$ (*cf. ad* 237) 333 intul. *Fv* 334 siet *ω* 337 ne] meae *E* ingr. D^1p 339 item istic F^1v 340 tu AF^1 (*recte?*) aderas *p* 343 ip. est eum bis *A* (*pro* ipsust eum bis?) iudico *A* 344 et *del. Phillimore* 345 tunc CPE^1F 346 gratias $CPLEF^1p^2v$ 347 ex *om.* D^1pv (*non Don.*; *Arusian.* 471)

PAR. iam ea te causa maxume nunc hoc intro ire nolo;
nam si remittent quidpiam Philumenae dolores,
omnem rem narrabit, scio, continuo sola soli
quaĕ ĭnter vos intervenerit, unde ortumst initium irae.
atque eccum video ipsum egredi: quam tristis[es]t! *SO.* o mi gnate!
PAM. mea mater, salve. *SO.* gaudeo venisse salvom. salvan
Philumenast? *PAM.* meliusculast. *SO.* utinam istuc ita di faxint!
quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam tristi'? *PAM.* recte, mater.
SO. quid fŭĭt tumulti? dic mihi: an dolor repente invasit?
PAM. ita factumst. *SO.* quid morbi est? *PAM.* febris. *SO.* cotidiana? *PAM.* ita aiunt.
i sodes intro, consequar iam te, mea mater. *SO.* fiat.—
PAM. tu pueris curre, Parmeno, obviam atque îs onera adiuta.
PAR. quid? non sciunt ipsi viam domum qua veniant? *PAM.* cessas?

iii PAMPHILVS

Nequeo mĕārum rerum initium ullum invenire idoneum
unde exordiar narrare quae necopinanti accidunt;
partim quae perspexi hisce oculis, partim quae accepi auribus:
qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
nam modo intro me ut corripui timidus, alio suspicans
morbo me visurum adfectam ac sensi esse uxorem: ei mihi!

349 D^1p *Don*, *Gramm.*: -enam *cett.* 351 -venit γD^2Lp^2 (*non Don.*) ortum (*om.* est) D^1p^1 initiumst p^1 352 *vel* triste'st 355 es nunc tam *A* 357 -anan C^2PD^2LpEFv 359 *bis scriptus in A* 360 quam C^1DE^1 (*non Don.*) *A*: redeant Σ PAM. ce. *om.* *A* 362 exoriar *A* 363 hisce D^1p percepi *A*: *an* cepi? 364 ocius F^1v 365 Σ (i. ut me *L*): me i. (*om.* ut) *A* 366 ux. es. γL

postquam me aspexere ancillae advenisse, ilico ŏmnes simul
laetae exclamant "venit", id quod me repente aspexerant.
sed continuo voltum earum sensi inmutari omnium,
quia tam incommode illic fors obtulerat adventum meum.
una illarum interea propere praecucurrit nuntians
me venisse: ego ei(u)s videndi cupidu' recta consequor.
postquam intro adveni, extemplo eiu' morbum cognovi miser;
nam neque ut celari posset tempu' spatium ullum dabat
neque voce alia ac res monebat ipsa poterat conqueri.
postquam aspexi, "o facinus indignum" inquam et corripui ilico
me inde lacrumans, incredibili rĕ ătque atroci percitus.
mater consequitur: iam ut limen exirem, ad genua accidit
lacrumans misera: miseritumst. profecto hoc sic est, ut puto:
omnibu' nobis ut res dant sese ita magni atque humiles sumus.
hanc habere orationem mecum principio institit:
"o mi Pamphile, abs te quăm ŏb rem haec abierit causam vides;
nam vitiumst oblatum virgini olim a nescioquo inprobo.
nunc huc confugit tĕ ătque alios partum ut celaret suom."
sed quom orata huiu' reminiscor nequeo quin lacrumem miser.
"quaeque fors fortunast" inquit "nobis quae te hodie obtulit,
per eam te obsecramus ambae, si ius si fas est, uti
advorsa eiu' per te tecta tacitaque apud omnis sient.

367 il.] *an* atque ? 368 me derep. $\gamma D^2 L$ 370 *p*: illuc $P^1 D$: illis *cett.* 371 il. forte int. Σ (*non Priscian.* i. 533) pro. *om.* D^1 *Priscian.*: praecurrit ω (perc *E*) 373 adv.] ii $\gamma D^2 L$ 377 *an* ind' me ? 379 ut puto *om. A* 381 a pr. Σ 384 te *om. A* (*add. Iov.*) 385 *A*: eius Σ 387 obtestamur *Don.* (?) si vis *A* (*corr. Iov.*), E^1 388 et adv. *p*

si umquam erga te animo esse amico sensisti e͡am, mi Pamphile,
sine labore hanc gratiam te uti sibi des prŏ ĭlla nunc rogat.
ceterum de redducenda id facias quod ĭn rem sit tuam.
parturire eam nec gravidam esse ex te solus consciu's:
nam aiunt tecum post duobu' concubuisse [eam] mensibus.
tum, postquam ad te venit, mensis agitur hic iam septimus:
quod te scire ipsa indicat res. nunc si potis est, Pamphile,
maxume volŏ doque operam ut clam partus eveniat patrem
atque adeo omnis. sed si id fieri non potest quin sentiant,
dicam abortum esse: sciŏ nemini aliter suspectum fore
quin, quod veri similest, ex te recte eum natum putent.
continuo exponetur: hic tibi nil est quicquam incommodi,
et ĭlli miserae indigne factam iniuriam contexeris."
pollicitus sum et servare in eo certumst quod dixi fidem.
nam de redducenda, id vero ne utiquam honestum esse arbitror
nec faciam, etsi amor me graviter consuetudoque ei(u)s tenet.
lacrumo quae posthac futurast vita quom in mentem venit
solitudoque. o fortuna, ut numquam perpetuo's data!
sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,
quĕm ego tum consilio missum feci: idem [nunc] huc operam dabo.

adĕst Parmeno cum pueris: hunc minimest opus
in hac re adesse; nam olim soli credidi
ea me abstinuisse in principio quom datast.

390 Σ: ut *A* pro *om.* D^2LpEF^1v (*non Don.*) ro.] obsecrat *A* 392 neque *δEFv* 393 eam *om. A* (*non Arusian.* 497) 394 iam hic ag. *A*: hic ag. iam *E* 396 *DpFv*: ev. par. *cett.* 397 id *om. CPLE* 401 ut illis *A*: *an* et illic?: *an* et *in fine* 400? 402 certum (*om.* est) *p* 404 Σ: etsi a. co. eius gr. te. *A* me am. *DpFv* eius *om.* CPD^2LE 406 que *del. Iov.* (*recte*?) -uo es *ex* -uo est *A*: est perp. *CP*: es perp. *LE* data *Don.*: bona *ω* *ps.-Acron in Hor. C.* i. 34, 14 408 quam *A* item C^1P: eidem *Don.* ('hoc est amori') nunc huc *Iov.* C^1: nunc huic *cett.* 410 in re hac *L* 411 data sit p^2F^1v

vereor, si clamorem ei(u)s hic crebro exaudiat,
ne parturire intellegat. aliquo mihist
hinc ablegandu' dum parit Philumena.

PARMENO SOSIA PAMPHILVS iv

PAR. Ain tu tibi hoc incommodum evenisse iter?
SO. non hercle verbis, Parmeno, dici potest
tantum quam re ipsa navigare incommodumst.
PAR. itan est? *SO.* o fortunate, nescis quid mali
praeterieris qui numquam es ingressus mare.
nam alias ut mittam miserias, unam hanc vide:
dies triginta aut plus eo in navi fui
quom interea semper mortem exspectabam miser;
ita usque advorsa tempestate usi sumus.
PAR. odiosum. *SO.* haud clam me est. denique hercle aufugerim
potius quam redeam, si eō mihi redeundum sciam.
PAR. olim quidem te causae inpellebant leves,
quod nunc minitare facere, ut faceres, Sosia.
sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium:
ite intrō; ego hŭnc adibo, siquid me velit.—
ere, etiam [nunc] tu hic stas? *PAM.* et quidĕm tĕ ĕxspecto. *PAR.* quid est?
PAM. in arcem transcurso opus est. *PAR.* quoĭ homini? *PAM.* tibi.
PAR. in arcem? quid eo? *PAM.* Callidemidem hospitem
Myconium, qui mecum una vectust, conveni.
PAR. perii. vovisse hunc dicam, si salvos domum
redisset umquam, ut me ambulando rumperet?

412 aud. Ap^1 415 tu *om. A* (*non Nonius* 325) 416 Par. ve. *Fv* 417 qu.] quantum *A* (*non Don.*) re ipsa *etiam Nonii codd.* 420 omittam *EFv* 421 pl. ego E^1 424 od. *Sosiae continuat Don.* (?) *vel* mest 425 sc.] siet p^1 (D^1 *n. l.*) 428 stare *om. A* 429 i *Iov.* 430 et qu.] equidem *edd.* 433 advec. Σ (*praeter v*)

PAM. quid cessas? *PAR.* quid vis dicam? an conveniam modo?
PAM. ĭmmŏ quod constitui me hodie conventurum eum,
non posse, ne me frustra illi exspectet. vola.
PAR. at non novi homini' faciem. *PAM.* at faciam ut noveris:
magnu' rubicundu' crispu' crassu' caesius
cadaverosa facie. *PAR.* dĭ ĭllum perduint!
quid si non veniet? maneamne usque ad vesperum?
PAM. maneto: curre. *PAR.* non queo: ita defessu' sum.—
PAM. ille abiit. quid agam infelix? prorsus nescio
quo pacto hoc celem quod me oravit Myrrina,
sŭāe gnatae partum; nam me miseret mulieris.
quod potero faciam, tamen ut pietatem colam;
nam me parenti potiu' quăm amori obsequi
oportet. attat eccum Phidippum et patrem
video: horsum pergunt. quid dicam hisce incertu' sum.

V LACHES PHIDIPPVS PAMPHILVS

LA. Dixtin dudum illam dixisse se exspectare filium?
PH. factum. *LA.* venisse aiunt: redeat. *PA.* causam quam dicam patri
quăm ŏb rem non redducam nesciŏ. *LA.* quĕm ego hic audivi loqui?
PA. certum offirmare est viam me quam decrevi persequi.
LA. ipsus est de quo hoc agebam tecum. *PA.* salve, mi pater.

436 di.] nuntiem *A* (*corr. Iov.*); *cf. Don. ad* 437 ('deest nuntia') 437 ho. me L^2E 438 me ne *E* ne fr. illic (*om.* me) *Nonius* 414 illic ω (ille *D*) 441 PAR. cad. Σ (*praeter* D^1) facies CD^2p^2EFv 442 qui *A* (*corr. Iov.*): quod LE^1 manebo *A* $C^2PDLpEv$: -ram *cett.* 446 me *om.* *C* 450 γD^2L: his *cett.* 451 se *om.* *CPLE* 452 *A*: qu. cau. *Iov.* Σ 453 LA. nescioquem *Dziatzko* (*non Don.*) 454 est o. D^1pEFv me viam P^1Dp 455 LA. γD: PH. *cett.* hoc *om.* C^1: hic D^1pF^1v aiebam D^2E

LA. gnate mi, salve. *PH.* bene factum te advenisse, Pamphile;
atque adeo, id quod maxumumst, salvom atque validum. *PA.* creditur.
LA. advenis modo? *PA.* admodum. *LA.* cedo, quid reliquit Phania
consobrinu' noster? *PA.* sane hercle homŏ voluptati obsequens
fŭit dum vixit; et qui sic sunt haud multum heredem iuvant,
sibi vero hanc laudem relinquont "vixit, dum vixit, bene."
LA. tum tu igitur nil attulisti plus una hac sententia?
PA. quidquid est id quod reliquit, profuit. *LA.* immo obfuit;
nam illum vivom et salvom vellem. *PH.* inpune optare istuc licet:
ill' revivescet iam numquam; et tamen utrum malis scio.
LA. herĭ Philumenam ad se accersi hic iussit. dic iussisse te.
PH. noli fodere. iussi. *LA.* sed eam iam remittet. *PH.* scilicet.
PA. omnem rem scio ut sit gesta: adveniens audivi modo.
LA. at ĭstos invidos di perdant qui haec lubenter nuntiant.
PA. ego me sciŏ cavisse ne ulla merito contumelia
fieri a vobis posset; idque si nunc memorare hic velim
quam fideli animo et benigno in illam et clementi fui,
vere possum, ni te ex ipsa haec mage velim resciscere;
namque ĕŏ pacto maxume apŭd te meo erit ingenio fides,

457 et adeo quod Σ maxime est *Don.* (-mi est ?) 458 credo *A* (*corr. Iov.*), E^1 462 pl. una se. *A* : pl. hac una (? u. h.) se. *Iov.* : huc pl. una se. Σ 463 e. id *om.* D^1 id quod *om.* F^1 rel. LA. im. obf. prof. *A* (*corr. Iov.*) 464 PH.] PAM. p^2F^2 465 PAM. il. p^1 466 iu. hic *DpFv* 467 sedem *A* (*corr. Iov.*) 468 modo *p* : omnia AD^1 (*recte* ?) : omnia modo *cett.* 470 sc. me *A* : scio E^2 472 et ben. *om.* *CPLE, schol. D,* p^2 473 possim *Iov.* 474 maxuma L^2E

quom illa, quae nunc in me iniquast, aequa de me dixerit.
neque mea culpa hoc discidium evenisse, id testor deos.
sed quando sese esse indignam deputat matri meae
quae concedat cui(u)sque mores toleret sua modestia,
neque alio pacto componi potĕst inter eas gratia,
segreganda aut mater a me est, Phidippe, aut Philumena.
nunc me pietas matri' potiu' commodum suadet sequi.
LA. Pamphile, haud invito ad auris sermo mi accessit tuos,
quom te postputasse omnis res prae parente intellego;
verum vidĕ ne inpulsus ira prave insistas, Pamphile.

PA. quibus iris pulsu' nunc in illam iniquo' sim
quae numquam quicquam erga me commeritast, pater,
quod nollem, et saepe quod vellem meritam scio?
amoque et laudo et vehementer desidero;
nam fŭisse erga me miro ingenio expertu' sum;
illique exopto ut relicuam vitam exigat
cŭm eo viro me qui sit fortunatior,
quandoquidem illam a me distrahit necessitas.
PH. tibi id in manust ne fiat. *LA.* si sanus sies:
iube ĭllam redire. *PA.* non est consilium, pater:
matris servibo commodis. *LA.* quŏ abis? mane
mane, inquam: quŏ abis?—*PH.* quaĕ haĕc est pertinacia?
LA. dixin, Phidippe, hanc rem aegre laturum esse eum?
quam ob rem te orabam filiam ut remitteres.
PH. non credidi edepol adeo inhumanum fore.
ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
si est ut velit redducere uxorem, licet;

475 in me nunc in. *CPLE* 477 se esse *A* : esse L^1 : sese CPE^1 478 quae *Iov.* : cui *ω* eiusque *Bothe* 480 est a me *DpFv* 483 te *om. P* 484 insistis *A* (*corr. Iov.*) 485 inpulsus nunc il. *A* : inp. nunc in il. D^1Lp, *schol. E, Fv* siem *Ap* 486 er. me *om. C* 487 sae. id qu. *A* me. qu. ve. Σ (*praeter DpFv*) 493 *totum versum Lacheti dat Iov.* san. sies *etiam Don. ut. vid.* : san. satis sies Σ (*praeter* F^1 san. es satis) 494 illa *A* 495 mane γD^2L : ades *A* (*del Iov.*) : ades mane D^1p^1 498 ut f. r. Σ

sin aliost animo, renumeret dotem huc, eat.
LA. ecce autem tu quoque prōterve iracundus es!
PH. percontumax redisti huc nobis, Pamphile!
LA. decedet iam ira haec, etsi merito iratus est.
PH. quia paullum vobis accessit pecuniae,
sublati animi sunt. *LA.* etiam mecum litigas?
PH. deliberet renuntietque hodie mihi
velitne an non, ut alii, si huic non est, siet.
LA. Phidippe, adēs, audi paucis.—abiit. quid mea?
postremo inter se transigant ipsi ut lubet,
quando nec gnatu' neque hĭc mi quicquam obtemperant,
quae dico parvi pendunt. porto hoc iurgium
ad ŭxorem quoi(u)s haec fiunt consilio omnia,
atque in eam hoc omne quod mihi aegrest evomam.

ACTVS IV

Myrrina Phidippvs i

MY. Perii, quid agam? quo me vortam? quid viro meō respondebo
misera? nam audivisse vocem pueri visust vagientis;
ita corripuit derepente tacitu' sese ad filiam.
quod si rescierit peperisse eam, id qua causa clam me habuisse
dicam non edepol scio.
sed ostium concrepuit. credo ipsum exire ad me: nulla sum.
PH. uxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras:

502 sin *ex* si *A* 505 -dat *Iov.* iam *om.* *CPD²LEF²* 506–7 *ita etiam Nonius* 385 509 an nolit ut *D¹p*: an non uxorem ut *A* aliis Σ (*praeter p²E²F¹*) est *A*: sit Σ 512 nec hic *A* *an* n. mi hic n. gn.? 513 porro *schol. D*, *L¹p¹E¹η* 518 prorip. *Arusian.* 468 (*non Nonius* 518; *Victorinus* 202) 519 quae *A* (*corr. Iov.*): pro qua *EF²η* 521 illum *p* ad me ex. *DpFv* 522 uxorem *A* (*corr. Iov.*) du. *testatur Arusian.* 468

atque eccam: video. quid ais, Myrrina? heus tibi dico. *MY.* mihine, vir?
PH. vir ego tuo' sim? tu virum me aut hominem deputas adeo esse?
nam si utrumvis horum, mulier, umquam tibi visus forem,
non sic ludibrio tu͡is factis habitus essem. *MY.* quibus? *PH.* at rogitas?
peperit filia: hem taces? ex qui? *MY.* istuc patrĕm rogare est aequom.
perii! ex quo censes nisi ĕx illo quoi datast nuptum obsecro?
PH. credo: neque adeo arbitrari patris est aliter. sed demiror
quid sit quam ob rem hunc tanto opere omnis nos celare volueris
partum, praesertim quom et recte et tempore suŏ pepererit.
adeon pervicaci esse animo ut puerum praĕŏptares perire,
ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires,
potiu' quam advorsum animi tu͡i lubidinem esset cum illo nupta!
ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quae test penes.
MY. misera sum. *PH.* utinam sciam ita esse istuc! sed nunc mi in mentem venit
de hac re quod locuta es olim, quom illum generum cepimus:
nam negabas nuptam posse filiam tu͡am te pati
cŭm eo qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris.
MY. (quamvis causam hunc suspicari quam ipsam veram mavolo.)

523 vir *ACPLE*^{1}*Fv*, *Don. ut vid.*: mi vir *Iov.*, *cett.* 524 sum Σ (*praeter p*) tu *A*: tun (tune) Σ 525 mul. *om.* *D*^{1}*p* (*non Don.*; *Priscian.* i. 450) 527 qui *Don. ut vid.*: quo *ω* rogitare *CPL*^{2}*F*^{1}*v* 528 ex (*alt.*) *om.* *F* 530 hunc *D*^{1}*pL* (*post* tantopere): hoc (*post* tantopere) *γD*^{2}: *om.* *A* 532 esse *Iov.* Σ: es *A* an. et ingenio ut *A* (*corr. Iov.*) 533 ex] et *A* (*corr. Iov.*) 535 h. es *Dp* cu. h. *F* quae est *A* (*corr. Iov.*) 536 ita *om.* *CPD*^{2}*LEη* 537 de *Don. ad* 711: ex *ω* 538 fi. po. tu. *CPLEη*: fi. tu. po. *Fv* (*de Don. ad* 548, 711 *non liquet*) 539 am. et qui *Fv* foras *A* (*corr. Iov.*), *L*^{1}

PH. multo priu' scivi quam tŭ ĭllum habere amicam, Myrrina;
verum id vitium numquam decrevi esse ego adulescentiae;
năm id [omnibus] innatumst. at pol iam aderit se quoque etiam quom oderit.
sed ut olim te ostendisti, eadem esse nil cessavisti usque adhuc
ut filiam ab eo abduceres neu quod ego egissem esset ratum.
id nunc res indicium haec facit quo pacto factum volueris.
MY. adeon me esse pervicacem censes, quoi mater siem,
ut eo essem animo, si ex usu esset nostro hoc matrimonium?
PH. tun prospicere aut iudicare nostram in rem quod sit potes?
audisti ex aliquo fortasse qui vidisse eûm diceret
exeuntem aut intro euntem ad amicam. quid tum postea?
si modeste ac raro haec fecit, nonne ea dissimulare nos
magis humanumst quam dare operam id scire qui nos oderit?
nam si is posset ab ea sese derepente avellere
quicum tot consuesset annos, non eum hominem ducerem
nec virum sati' firmum gnatae. *MY.* mitte adulescentem obsecro

541 am. hab. *DpFv* 542 ego *om. AF* 543 omn. *del. Bentley* est *om. P* *an* nam omn. id ĭnnatumst (*iamb. octonar.*)? ad. tempus se Σ 544 sed *Iov.* Σ: verum *A* (*cf.* 542) *vix* ve. . . ess' nil cessasti eand. *schol. D*, *LEFv*η ea. n. ce. es. us. *D*: n. ce. ea. es. us. *Fv* 545 neu] ne γD^2L gratum *A* 546 ind. res haec *CPD* (*ex* res ind. haec), *LE*η 547 quoi] cum ei *Iov.*: ei D^2: ei cui *p* (*cf. Don.* 'deest ei'): cum *v* 549 PH. *om.* $C^2PD^2LpE^1Fv\eta$ tum $DLE^1Fv\eta$: tu *p* 550 PH. aud. $C^2PDLp^2EFv\eta$ eum se di. *A* 551 ex. atque int. *L* 552 fe. haec *A* facit $CPD^2LE^2Fv\eta$ ea *om.* γD^2L 554 is] id *P*: ipse $D^2LE\eta$ rep. *Fv* 555 quacum *Av* (*non Don.*; *Arusian.* 460) ho. esse du. *A*: ho. dicerem D^2LEF^2

et quae me peccasse ais. abĭ, solu' solum conveni,
rogă velitne uxorem an non: sĭ est ut dicat velle se,
redde; sin est autem ut nolit, recte ego consului meae.
PH. siquidem ille ipse non volt et tu sen[si]sti in eo esse, Myrrina,
peccatum, aderam quoi(u)s consilio fuerat ea par prospici.
quam ob rem incendor ira esse ausam facere haec te iniussu meo.
interdico ne extulisse extra aedis puerum usquam velis.
sed ego stultior me͡is dictis parere hanc qui postulem.
ibo intro atque edicam servis nequoquam ecferri sinant.—

MY. nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere:
năm ut hic laturus hoc sit, si ipsam rem ut siet resciverit,
non edepol clam me est, quom hoc quod leviust tăm animo irato tulit;
nec qua via sententia eiu' possit mutari scio.
hoc mi unum ex plurumis miseriis relicuom fuerat malum,
si puerum ut tollam cogit, quoi(u)s nos qui sit nescimus pater.
nam quom compressast gnata, forma in tenebris nosci non quitast,
neque detractum e͡i tum quicquamst qui posset post nosci qui siet;
ipse eripuit vĭ, ĭn digito quem habuit, virgini abiens anulum.
simŭl vereor Pamphilum ne orata nostra nequeat diutius
celare, quom sciet alienum puerum tolli pro suo.

557 solum solus *A* 558 *A*: an n. ux. Σ 559 reddetur L^2E au. est *Dp* ego *om.* γD^2L 560 ip. nolit (?) *Iov.* es. in eo *DpFv* 561 ad. *om. schol. D*, E^1, *schol.* η: ad. presens P^2: ad eam p^1 ea par fu. *A* 562 Dp^1: te *post* ira *cett.* 564 qui pa. h. *A* 568 nonne CP^1 leve est *CP* *A*: iracundo Σ (*cf. Don. ad* 569) irac. an. *DFv* 570 'possumus interrogative pronuntiare' *Don.* 573 Σ: ei est quicquam *A* (*om.* tum) (*recte* ?) *A*: post possit Σ (post *om. Fv*) noscier Σ (*praeter p*) qui qui sit post possit noscier *Klotz* 574 vi er. *L* in] de *p* 576 sciat *Av*

SOSTRATA PAMPHILVS (LACHES) ii

SO. Non clam me est, gnate mi, tibi me esse suspectam, uxorem tuam
propter me͡os mores hinc abisse, etsi ea dissimulas sedulo.
verum ita me dĭ ament itaque optingant ex te quae exoptem mihi ut
numquam sciens commerui merito ut caperet odium illam mei.
teque ante quod me amare rebar, e͡i rei firmasti fidem;
nam mi intu' tuo' pater narravit modo quo pacto me habueris
praepositam amori tu͡o: nunc tibi me certumst contra gratiam
referre ut apŭd me praemium esse positum pietati scias.
mi Pamphile, hoc et vobis et meaĕ commodum famae arbitror:
ego rus abituram hinc cum tu͡o me esse certo decrevi patre,
ne mea praesentia obstet neu causa ulla restet relicua
quin tua Philumena ad te redeat. *PA.* quaeso quid ĭstuc consilist?
illi(u)s stultitia victa ex urbe tu rus habitatum migres?
haud facies, neque sinam ut qui nobis, mater, male dictum velit,
meă pertinacia esse dicat factum, haud tuă modestia.
tum tu͡as amicas te et cognatas deserere et festos dies
meă causa nolo. *SO.* nil pol iăm ĭstaec mihi res volŭptatis ferunt:

578 assim. *Fv* 579 di bene am. D^1p -gat *Iov.* qua *A* AD^1p: opto *CPLE*: exopto *cett.* ut *initio sequentis versus ω* 580 illamei *Ap*: illam ei *C*: illa mei *cett.* 581 quod *P Don.*: quam *cett., Don.* amari *ex* -re *p* ei rei] e *A* (*corr. Iov.*) 582 -buerit *A* (*corr. Iov.*) 583 me *om. A* 584 me apud *p* pos. *om. v* piet. pos. *L* pietascias *A* (*corr. Iov*): -atis sc. *CPFv* 585 hoc vo. *A* fa. esse arb. *A* 586 certe γD^2L: *om.* D^1p (*non Don.*) 590 haud] non D^1pFv (*cf. Don.*) mater *om. L* 591 di. es. *Fv* tua *om. p* 592 te *om.* D^1 et tuas co. F^1v 593 pol *om. A* mihi is. *Dp* res mihi *A* mihi *om.* F^1v

dum aetati' tempu' tulĭt, perfuncta sati' sum: satias iam tenet
studiorum istorum. haec mihi nunc curast maxuma ut nequoi mea
longinquitas aetatis obstet mortemve exspectet meam.
hic video me esse invisam inmerito: tempust me concedere.
sic optume, ut ego opinor, omnis causas praecidam omnibus:
et mĕ hăc suspicione exsolvam et illis morem gessero.
sine me obsecro hoc effugere volgu' quod male audit mulierum.
PA. quam fortunatu' ceteris sum rebus, absque una hac foret,
hanc matrem habens talem, illam autem uxorem! *SO.* obsecro, mi Pamphile,
non tute incommodam rem, ut quaeque est, in animum induces pati?
si cetera ita sunt ut vis itaque uti esse ego illa[m] existumo,
mi gnate, da veniam hanc mihi, redduc illam. *PA.* vae misero mihi!
SO. et mihi quidem; nam haec res non minu' me male habet quam te, gnate mi.

iii LACHES SOSTRATA PAMPHILVS

LA. Quem cŭm ĭstoc sermonem habueris procul hinc stans accepi, uxor.
istuc est sapere, qui ubiquomque opu' sit animum possis flectere;

594 satias] satis *A* (*vix pro* fatis; *cf. Paul. Fest.* 11, 1) iam me te. δ*Fv* 595 nunc mihi *DpFv* meae *F* 596 exsp. AD^1p *Don.*: exoptet *cett.* 597 inv. es. *Nonius* 270 me *om.* Σ (*non Nonius*) 601 haec γ, *schol. D*, *L* (*cf. Don.*) 603 non] nam P^1, *schol. D*, *LF* in rem. com. D^1Fv: rem. incom. *p* -cas Σ 604 ce. sunt ita ut *A* ita *om. v* ut tu vis Σ ut esse $CPDE^2p$: ut est *L*: et esse E^1 ut ego esse *Fv* *an* illaec? 605 reduce Σ 606 'an ei mihi?' *Don.* (*qui nimirum haec Pamphilo continuavit*) 607 isto *p* 608 op. est D^1p (*recte?*) γLp^2: possit *cett.* (*non Don., ubi legend.* 'tuum flectere')

quod sit faciundum fortasse post, idem hŏc nunc si feceris.
SO. fors fuat pol. *LA.* abĭ rus ergo hinc: ibi ego tĕ ĕt tu me feres.
SO. spero ecastor. *LA.* ĭ ĕrgo intro et compone quae tecum simul
ferantur: dixi. *SO.* ita ut iubes faciam.—*PA.* pater.
LA. quid vis, Pamphile? *PA.* hinc abire matrem? minime. *LA.* quid ita ĭstuc vis?
PA. quia de uxore incertu' sum etiam quid sim facturus. *LA.* quid est?
quid vis facere nisi redducere? *PA.* equidem cupio et vix contineor;
sed non minuam me͡um consilium: ex usu quod ĕst id persequar:
credo e͡a gratia concordes [magis], si non redducam, fore.
LA. nescias: verum id tuă refert nil utrum illaec fecerint
quando haec aberit. odiosa haec est aetas adulescentulis.
e medio aequom excedere est: postremo nos iam fabulae sumu', Pamphilē, "senĕx atque anus."
sed video Phidippum egredi per tempus: accedamus.

PHIDIPPVS LACHES PAMPHILVS iv

PH. Tibi quoque edepol sum iratus, Philumena,
graviter quidĕm; nam hercle factumst abs te turpiter.
etsi tibi causast de hac re: mater te inpulit.

609 sit *ex* est *A* *CP, schol. D, LE*: fac. sit *cett.* D^1pFv: po. fo. *cett.* id nu. si hoc (hoc si?) fe. *Iov.*: id nu. si non fe. *p* si nunc *E* 610 fuat *testantur Gramm.*: fiet *Iov.*: fiat D^2LE 611 mecastor *A* (*recte*?): ec. *Iov.* Σ si. te. *Fv* 612 ut *om.* D^1L^1 613 vis (*alt.*) *om.* *A* 614 sim] sum *F* fact. *etiam Don.*: act. *A* (*corr. Iov.*) 615 -neo *Lp* 616 non] num *p* qu. e.] quidem D^1p 617 *an* ea re? ma. *om.* CP^1D^2LE (*de Don. vix liquet*) re.] *an* faciam? 618 nescio *A* (*corr. Iov.*): nescias nequeas *schol. C, schol. D, Lpv*: nes. neque eas *EF* id *om.* AC^1 illae Σ fecerit *A* (*non Serv. auct. in Geo.* iii. 305) 619 abierit Σ est haec *DpFv* 620 est exc. *DpFv* iam nos *Fv* -la *Faber* (*cf. Apollodorus ὁ μῦθός ἐσμεν*) 621 'pronuntia s. a. a. quasi initium fabulae' *Don.* 624 abs te est factum Σ 625 ma. quae te *A* (*corr. Iov.*), γD^1p (*non Don.*)

huic vero nullast. *LA.* opportune te mihi,
Phidippe, in ipso tempore ostendis. *PH.* quid est?
PA. quid respondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?
LA. dic filiae rus concessurum hinc Sostratam,
ne revereatur minu' iam quo redeat domum. *PH.* ah
nullam de his rebu' culpam commeruit tua:
a Myrrina haec sunt mea ŭxore exorta omnia.
⟨*PA.*⟩ mutatio fit. ⟨*PH.*⟩ ea nos perturbat, Lache.
PA. dum ne redducam, turbent porro quam velint.
PH. ego, Pamphile, esse inter nos, si fieri potest,
adfinitatem hanc sane perpetuam volo;
sin est ut aliter tua siet sententia,
accipias puerum. *PA.* sensit peperisse: occidi.
LA. puerum? quem puerum? *PH.* natus est nobis nepos.
nam abducta a vobis praegnas fuerat filia,
neque fûisse praegnatem umquam ante hunc scivi diem.
LA. bene, ita me dĭ ament, nuntias, et gaudeo
natum, tibi illam salvam. sed quid mulieris
uxorem habes aut quibu' moratam moribus?
nosne hoc celatos tam diu! nequeo satis
quăm hŏc mihi videtur factum prave proloqui.
PH. non tibi ĭllud factum minu' placet quam mihi, Lache.
PA. etiamsi dudum fuerat ambiguom hoc mihi,
nunc non est quŏm eam [con]sequitur alienus puer.
LA. nulla tibi, Pamphile, hic iam consultatiost.
PA. perii. *LA.* hunc videre saepe optabamus diem
quom ex te esset aliqui' qui te appellaret patrem.
evenit: habeo gratiam dis. *PA.* nullu' sum.
LA. redduc uxorem ac noli advorsari mihi.

626 te *om.* D^2LE 628 PA.] LA. *Don. ut vid.* op. *Bentley* 629 -rum *gl. Il* -ram *ω* istinc *A* 630 quo ea red. *Iov.* 631 de in *A* 632 ex.] ex *A* 633 PA. *Iov.*: *om.* *ω* (*cf. Don.*) 634 turbant *A* 641 nec Σ an. h. umq. *A* 643 *om.* D^1 na. tibi i. s. *Iov.*: na. filium et tibi i. s. *A*: na. illum tibi et i. s. γ, *schol. D, L*: na. illum et tibi i. s. *cett.* tib. il. sal. *etiam Don.* 647 istud v^1 648 etsi iam F^1v: etsi D^1p 649 sequitur F^2 al. pater *A* (*corr. Iov.*) 650 consultiost *A*: -latiost *Iov.* p^1

PA. pater, si ex mĕ ĭlla liberos vellet sibi
aut sese mecum nuptam, sati' certo scio,
non clam me haberet quae celasse intellego.
nunc quŏm ĕius alienum esse animum a me sentiam
(nec conventurum inter nos posthac arbitror),
quăm ŏb rem redducam? *LA.* mater quod suasit sua
adulescens mulier fecit. mirandum[ne] id siet?
censen te posse reperire ullam mulierem
quae careat culpa? an quia non delincunt viri?
PH. vosmet videte iam, Lache et tu Pamphile,
remissan opu' sit vobis redductan domum.
uxor quid faciat in manu non est mea:
neutra in re vobis difficultas a me erit.
sed quid faciemu' puero? *LA.* ridicule rogas:
quidquid futurumst, huic suŏm reddas scilicet
ut alamu' nostrum. *PA.* quem ipse neglexit pater,
ego alam? *LA.* quid dixti? eho ăn non alemu', Pamphile?
prodemu' quaeso potiu'? quaĕ haĕc amentiast?
enĭmvero prorsu' iam tacere non queo;
nam cogis ea quae nolo ut praesente hoc loquar.
ignarum censes tu͡arum lacrumarum esse me
aut quid sit id quod sollicitare ad hunc modum?
primum hanc ubi dixti causam, te propter tuam
matrem non posse habere hanc uxorem domi,
pollicitast ea se concessuram ex aedibus.

655 si il. ex me Σ ve. li. *Fv* 656 sese *A*: se esse *Iov.* Σ certe *F* 657 me clam *A* (*recte?*) CPD^1p^1, *schol. E*: quod *A*: quem $D^2Lp^2F\pi$ (*non Don.*): quam E^1 658 *A*: a me esse an. Σ 659 po. esse arb. γD^2L: post esse hac arb. *p* -trer *D* 661 *A*: est Σ 662 ul. rep. $CPLE\pi$ 663 quia] qui *Fleckeisen* (*non Don.*) 665 *ita etiam Don.* vo. an re. *A* (*Iov.* -am), CPD^1F^2 666 meă *Don.* ('est ordo u. mea qu. fa. in ma. non est' .. 'deest eius') *vix interrogative pronuntiand.* 667 *ante* 666 *Bothe* (*non Don.*) 668 -lĕ *vel* -lē *Don.* 669 re. su. $CPLE\pi$ 670 ipsa D^1p *Don.* negligit π^2 672 pot.? quaeso *p* (*recte?*) 673 prosus *A* nequeo Lp^1EF^1v 676 sit hoc id quod γD^2L *Iov.* E^1: sollicitas L^2 (*i. e.* -tu's?): -tere *cett.* (-ter *A*) 677 te *om. A* 679 *an* -rum (*cf.* 629)?

nunc postquam ademptam hanc quoque tibi causam vides,
puer quia clam test natu', nactus alteram es.
erras tui animi si me esse ignarum putas.
aliquando tandem huc animum ut adiungas tuom.
quam longum spatium amandi amicam tibi dedi!
sumptus quos fecisti in eam quam animo aequo tuli!
egi atque oravi tecum uxorem ut duceres,
tempus dixi esse: inpulsu duxisti meo;
quae tum obsecutu' mihi fecisti ut decuerat.
nunc animum rursum ad meretricem induxti tuom;
quoi tu obsecutu' facis huic adeo iniuriam.
nam in eandem vitam te revolutum denuo
video esse. *PA.* mene? *LA.* te ipsum: et facis iniuriam;
confingi' falsas causas ad discordiam,
ut cum illa vivas, testem hanc quom abs te amoveris.
sensitque adeo uxor; nam e͡i causa alia quae fuit
quamobrem abs te abiret? *PH.* plane hic divinat: nam id est.
PA. dabŏ iusiurandum nil esse istorum mihi. *LA.* ah
redduc uxorem aut quăm ŏb rem non opu' sit cedo.
PA. non est nunc tempu'. *LA.* puerum accipias; nam is quidem
in culpa non est: post de matre videro.
PA. omnibu' modis miser sum nec quid agam scio;
tot nunc me rebu' miserum concludit pater.
abibo hinc, praesens quando promoveo parum.
nam puerum iniussu credo non tollent meo,
praesertim in ea re quom sit mi adiutrix socrus.
LA. fugis? hem, nec quicquam certi respondes mihi?—
num tibi videtur esse apud sese? sine:

681 cl. e. te n. *E* : cl. te n. e. *Dpv* 682 me p. e. ig. *Fv* 683 *A* : inducas $C^1\pi^1$ (*cf.* 689): adducas *cett.* ‘deest fac’ *Don.* 685 sumptos $A\pi$ ae. an. $DpFv\pi$ 686 ut *om.* C^1P^1 *Arusian.* 496 687 dixi] dixti DL^1 688 (*et* 690) *agnoscit Don.* 693 conficis *A* (*corr. Iov.*): non fin. π^1 cau. fa. *DFv* 694 ut tu cum $D^2LEFv\pi$ 696 *an delend.* nam? 697 istorsum *A* (*vix recte*) mihi] tibi Σ 700 post *om. p* 702 *DpFv* : me nunc *cett.* 704 -et *A*

puerum, Phidippe, mihi cedo: ego alam. *PH.* maxume.
non mirum fecit uxor [mea] si hoc aegre tulit:
amarae mulieres sunt, non facile haec ferunt.
propterea haec irast; nam ipsa narravit mihi.
id ego hoc praesente tibi nolueram dicere,
neque ĭlli credebam primo: nunc verum palamst.
nam omnino abhorrere animum huic video a nuptiis.
LA. quid ergo agam, Phidippe? quid das consili?
PH. quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo:
oremus accusemu' graviu' denique
minitemur si cŭm ĭllo habuerit rem postea.
LA. faciam ut mones. eho puer⟨e⟩, curre ad Bacchidem hanc
vicinam nostram: huc evoca verbis meis.
et te oro porro in hac re adiutor sis mihi. *PH.* ah
iamdudum dixi idemque nunc dico, Lache:
manere adfinitatem hanc inter nos volo,
si ullo modo est ut possit: quod spero fore.
sed vin adesse me una dŭm ĭstam convenis?
LA. ĭmmŏ vero abi, aliquam puero nutricem para.

ACTVS V

BACCHIS LACHES i

BA. Non hoc de nihilost quod Laches me nunc conventam esse expetit;
nec pol me multum fallit quin quod suspicor sit quod velit.

712 ideo ego *A* : ideo *v* 713 vero Σ 714 LA. nam *L* a *om.* *A*D^2*LE* (*non Arusian.* 452) 715 LA. *om.* *L* ergo *ex* ego *A* : *om.* *E* 719 cu. puer *F* 721 et Σ : at *A* 722 eadem quae *p* : idem quod *v* 726 ve. *om.* *CP*D^2*LE* nu. pu. *E* 727 nunc me *DpFv* esse *om.* L^1 728 su. id sit qu. D^1*p* (*pro* -co, *etc.* ?) sit *om.* L^1v^1 quid *Ap* (*de Don. non liquet*)

LA. videndumst ne minu' propter iram hanc impetrem quam possi⟨e⟩m,
aut nequid faciam plus quod post me minu' fecisse satiu' sit.
adgrediar. Bacchi', salve.
BA. salve, Lache. *LA.* credo edepol te non nil mirari, Bacchis,
quid sit quapropter te huc foras puerum evocare iussi.
BA. ego pol quoque etiam timida sum quom venĭt mi in mentem quae sim,
ne nomen mihi quaesti obsiet; nam mores facile tutor.
LA. si vera dici' nil tibist a me pericli, mulier;
nam iam aetate eă sum ut non siet peccato mi ignosci aequom:
quo magis omnis res cautius ne temere faciam adcuro.
nam si id facis facturave es bonas quod par est facere,
inscitum offerre iniuriam tibi [me] inmerenti iniquom est.
BA. est magna ecastor gratiā dĕ ĭstac re quam tibi habeam;
nam qui post factam iniuriam se expurget parŭm mi prosit.

sed quid ĭstuc est? *LA.* meŭm receptas filium ad te Pamphilum. *BA.* ah.
LA. sine dicam: uxorem hanc priu' quam duxit, vostrum amorem pertuli.
manĕ: nondum etiam dixi id quod voluī. hic nunc uxorem habet:

729 hinc *Bentley* 730 me post *CPLE* 733 qui *A* evexare (*ex* -ri) *p*: evocari *E* 734 eg. qu. pol *pFv* qu. tim. sum etiam *p* mi *del. Faernus* 735 -sti *A*: -stui *Don.* (?): -stus Σ obstet ω: *corr. Faernus* (*de Don. vix liquet*) tueor *Iov.* 736 dices *Dp* (*cf. Don.* 'interrogabo scilicet'): dicas v^1 tibi sit D^1 737 Σ: ea aet. iam *A*: aet. iam ea *Iov.* sit *A* 738 res omn. *CPLE* curo *p* 739 *Don. in* 764: si id nunc fa. Σ: si fa. *A* 740 'inscitum me scilicet' *Don.* tibi me inm. Σ: tibi mer. *A* (*add.* me *man.* 2): me *om. Don.* 741 castor CD^1 magnam e. gratiam de i. r. quod *Guyet* 742 mi *om. p* 743 meum LA. rec. *A* (*corr. Iov.*) LA. meum *etiam Don.* 744 si. di. LA. ux. *L* pr. qu. hanc *CP* (*om.* qu. *man.* 1), *LE* am. v. *A* morem *p* 745 *an* manĕ manĕ? eti. nond. *p* qu. te vo. *Bentley* hab ux. *p*

quaere alium tibi firmiorem [amicum] dum tibi tempu' consulendi est;
nam neque ĭlle hoc animo erit aetatem neque pol tu eadem istac aetate.
BA. quis id ait? *LA.* socrus. *BA.* men? *LA.* te ipsam: et filiam abduxit suam,
puerumque ob eam rem clam voluit, natu' qui est, exstinguere.
BA. aliud si scirem qui firmare meam apŭd vos possem fidem
sanctius quam iusiurandum, id pollicerer tibi, Lache,
me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, a me Pamphilum.
LA. lepida es. sed scin quid volŏ potius sodes facias? *BA.* quid vis? cedo.
LA. eas ad mulieres huc intro atque istuc iusiurandum idem
polliceare illis. exple animum îs teque hoc crimine expedi.
BA. faciam quod pol, si esset alia ex hoc quaestu, haud faceret, scio,
ut de tali causa nuptae mulieri se ostenderet.
sed nolo esse falsa fama gnatum suspectum tuom,
nec leviorem vobis, quibus est minime aequom, eūm viderier
inmerito; nam meritu' de me est quod queam illi ut commodem.
LA. facilem benivolumque lingua tua iam tibi me reddidit:

746 am. fi. *A* tibi (*alt.*) *om.* $\gamma D^2 L$ (*cf. Don.* 'bis subaudiendum est tibi') 747 hoc il. *v* aetatem *om. Iov.* Σ (*non Don.*) ista aetas *A* (*corr. Iov.*) 749 que *om. A* 750 BA. *ante* 751 *A* alid *Bentley* (*troch. septenar.*) 752 me (*prius*) *del. Bentley* (*troch. septenar.*) 753 LA. *om. A* quod vo. *D* (*ex* quid), $L^1 EF$ vis *del. Muretus* (*troch. septenar.*) 756 al. es. *DpFv* (*recte?*) 758 esse *om. A* es. fal. fa. no. *DpF*π (*recte?*) 759 eum *om.* γ*L* 761 me *om.* $D^2 L^1$ iam me ti. $L^2 Fv$ reddit $D^1 Fv$

nam non sunt solae arbitratae haec; ego quoque etiam credidi.
nunc quam ego te esse praeter nostram opinionem comperi,
fac eadem ut sis porro: nostra utere amicitia ut voles.
aliter si facies—reprimam me ne aegre quicquam ex me audias.
verum hoc moneo unum, qualis sim amicus aut quid possiem
potiu' quam inimicus, periclum facias.

ii PHIDIPPVS LACHES BACCHIS

PH. Nil apŭd me tibi
defieri patiar, quin quod opu' sit benigne praebeatur.

sed quom tu satura atque ebria eri', puer ut satur sit facito.
LA. noster socer, video, venit: puero nutricem adducit.
Phidippe, Bacchis deierat persancte . . *PH.* haecin east? *LA.* haec est.
PH. nec pol ĭstae metuont dĕōs neque eas respicere dĕōs opinor.
BA. ancillas dedo: quolubet cruciatu per me exquire.
haec res hic agitur: Pamphilo me facere ut redeat uxor
oportet: quod si perficio non paenitet me famae,
solam fecisse id quod aliae meretrices facere fugitant.
LA. Phidippe, nostras mulieres suspectas fŭisse falso
nobis in re ipsa invenimus: porro hanc nunc experiamur.
nam si compererit crimini tua se uxor credidisse,
missam iram faciet; sin autem est ob eam rem iratu' gnatus

762 hae Σ eti. hoc cr. Σ 763 nu. cum *CPDLE*: nu. autem cum F^1v 764 no. po. *Fv* 765 AD^1p: facias *cett.* fa. sed repr. γD^2L ex] e Ap^1 adies *A* 766 D^1p: ve. te hoc *A*: ve. hoc te *cett.* -ssim D^1pFv^1 768 op. est *E* 769 tu *om.* DL^1E (*non Priscian.* i. 238) 770 LA. *om. A* ve. vi. *F* adduxit γL 772 D^1p: has *cett.* 773 exq. licet Σ (*praeter* D^1) 774 fa. queat ux. *A* (*corr. Iov.*) *an delend.* ut? 776 alia et mer. *A* 778 in *om.* D^1p (*pro* reapse?) hac D^1p nunc *om. A* (*add. Iov.*) 779 *p*: tua se ux. se cre. *A*: tua se ux. falso cre. γD^2 (D^1 *om.* se), *L* falso *om. Don.* 780 est *om. A* (*add.* es *man.* 2)

quod peperit uxor clam, id levest: cito ab eo haec ira abscedet.
profecto in hac re nil malist quod sit discidio dignum.
PH. velim quidem hercle. *LA.* exquire: adest: quod sati' sit faciet ipsa.
PH. quid mihi ĭstaec narras? an quia non tute ipse dudum audisti
de hac re animu' meus ut sit, Laches? illis modo explete animum.
LA. quaeso edepol, Bacchi', quod mihi es pollicita tute ut serves.
BA. ob eam rem vin ego ĭntroeam? *LA.* ĭ, atque exple animum îs, coge ut credant.
BA. eo, etsi sciŏ pol îs forē meūm conspectum invisum hodie.
nam nupta meretrici hostis est, a viro ubi segregatast.
LA. at haec amicae erunt, ubi quam ob rem adveneris resciscent.
PH. at easdem amicas fore tibi promitto rem ubi cognorint;
nam illas errore et te simul suspicione exsolves.
BA. perii, pudet Philumenae. me sequimini huc intro ambae.—
LA. quid ĕst quod mihi malim quam quod huic intellego evenire,

781 quo pe. *A* *an delend.* id? 782 mali *om. A* 783 PH. *om. A* (*add. Iov.*) LA.] PH. *A* abest *A* (*corr. Iov.*) faciam *super* ipsa *add. Iov.*: ipsa BA. faciam Σ *sequitur versus* 791 *in Dp, suppl. a schol. in E* (*nimirum retractator, vel ipse poeta, longum colloquium praeciderat*) 784 PH. *om. A* is. mi. *DpFv* (*recte*?) an *om. A* (*add. Iov.*) tu ip. *P* 785 *vel* Lache (*cum hiatu*) exple $C^2P^2\delta EFv$ 786 LA. *om. A* 787 BA.] *ante* vin *A* vis *CP, schol. D, LEFv* ego D^1pE: ergo *cett.* i at.] itaque *A* (*corr. Iov.*): i itaque atque *p*: i *Brix* coge *om.* γD^2L 788 eo *om. v* 789 hos.] inimica *Don.* (?) 790 *secl. Phillimore* (*Class. Quart.* xvi. 166) hae Σ 791 *om. A*: *eras. E*: *cf. ad* 783 PH. *om.* γL: BA. *D* ubi rem *v* 792 nam] nullam L^1F^1 (D^1 *n. l.*) suspicatione F^1v evelles *P* 793 me seq. me γD^2L: seq. me *p*: seq. D^1 *Dp*: in. (*om.* huc) *A*: in. huc *cett.*

ut gratiam ineat sine suo dispendio et mihi prosit?
nam si est ut haec nunc Pamphilum vere ab se segregarit,
scit sibi nobilitatem ex eo et rem natam et gloriam esse:
referet gratiam ei unaque nos sibi opera amicos iunget.

iii PARMENO BACCHIS

PA. Edepol ne meam erus esse operam deputat parvi preti,
qui ob rem nullam misit frustra ubi totum desedi diem,
Myconium hospitem dum exspecto in arce Callidemidem.
itaque ineptus hodie dŭm ĭlli sedeo, ut quisque venerat,
accedebam: "adulescens, dicdum quaeso mi, es tu Myconius?"
"non sum." "at Callidemides?" "non." "hospitem ecquem Pamphilum
hic habes?" omnes negabant: neque eum quemquam esse arbitror.
denique hercle iam pudebat: abii. sed quid Bacchidem
ab nostro adfine exeuntem video? quid huĭc hic est rei?
BA. Parmeno, opportune te offers: propere curre ad Pamphilum.
PA. quid eo? *BA.* dic me orare ut veniat. *PA.* ad te? *BA.* immo ad Philumenam.
PA. quid rei est? *BA.* tuă quod nil refert percontari desinas.
PA. nil aliud dicam? *BA.* etiam: cognosse anulum illum Myrrinam
gnatae suāe fuisse quem ipsus olim mi dederat. *PA.* scio.
tantumne est? *BA.* tantum: aderit continuo hoc ubi ex te audi⟨v⟩erit.

795 m. una pr. *Dp*, *schol. E* 796 ab sese segreget *A* 797 eo *etiam Don.* na. esset glo. *A* 798 referetque $\gamma D^2 L$ ei *om.* P^1 op. si. *E* -git *AC* 799 es. er. *DpFv*: er. *L* 802 illic Σ 803 mihi *p*: *om. cett.* (*recte*?) estu tu D^1 806 iam pu. he. *Fv* 807 hic huic *L* 810 percunctari $F^2 v$ 811 cognosce $D^1 p^1 E^1 F^1$ illum *om. A* 812 fecisse $F^1 v^1$ ipse $CPD^2 LEF^2$ m. ol. *v* 813 ne *om. A* (*add. man.* 2) aud.] *cf. ad Ad.* 27

sed cessas? *PA.* minime equidem; nam hodie mihi potestas haud datast:
ita cursando atque ambulando totum hunc contrivi diem.

BACCHIS

Quantam obtuli adventu meo laetitiam Pamphilo hodie!
quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!
gnatum e͡i restituo, qui paene harunc ipsi(u)sque opera periit;
uxorem, quam numquam est ratus posthac se habiturum, reddo;
qua re suspectu' su͡o patri et Phidippo fuit, exsolvi:
hic adeo his rebus anulus fuit initium inveniundis.
nam memini abhinc mensis decem fere ad me nocte prima
confugere anhelantem domum sine comite, vini plenum,
cŭm hŏc anulo: extimui ilico: "mi Pamphile," inquam "amabo,
quid exanimatu's obsecro? aut unde anulum istum nactu's?
dic mi." ille alias res agere se simulare. postquam id video,
nescioquid suspicarier mage coepi, instare ut dicat.
homŏ se fatetur vĭ ĭn via nescioquam compressisse,
dicitque sese illi anulum, dum luctat, detraxisse.
eum haec cognovit Myrrinā in digito modo me habente[m],
rogat unde sit: narro omnia haec: inde est cognitio facta
Philumenam compressam esse ab eo et filium inde hunc natum.

814 quidem *p* 816 *nova scaena in A* : *non in* Σ hodie *om. A* 817 attolli *A* (*i.e.* attoli?) 819 po. ra. *CPLE* 822 pri. no. *E* 823 anhell. *A* 825 D^1p: es ex. obs. γD^2L: ex. obs. es *A* aut *del. Umpfenbach* unde *om. A* na. es *p* 826 ag. *om. A* id D^1p, *schol. E* : *om. cett.* 827 et inst. D^1p^1, *schol. E* 828 via virginem nes. D^1pFv nescioquem *A* (*corr. Iov.*) (*recte*?) 829 il. an. sese *Nonius* 468 (*non Cledonius* 59) s. an. a didigito dum (*om.* illi) *A* 830 me *om.* D^2LE 832 esse co. Σ

haec tot propter me gaudia illi contigisse laetor:
etsi hoc meretrices aliae nolunt; neque enim est in rem nostram
ut quisquam amator nuptiis laetetur. verum ecastor
numquam animum quaesti gratia ad malas adducam partis.
ego dŭm ĭllo licitumst usa sum benigno et lepido et comi.
incommode mihi nuptiis evenit, factum fateor:
at pol me fecisse arbitror ne id merito mi eveniret.
multa ex quo fuerint commoda, ei(u)s incommoda aequomst ferre.

iv PAMPHILVS PARMENO BACCHIS

PAM. Vidĕ, mi Parmeno, etiam sodes ut mi haec certa et clara attuleris,
ne me in breve conicias tempu' gaudio hoc falso frui.
PAR. visumst. *PAM.* certen? *PAR.* certe. *PAM.* deu' sum si hoc ităst. *PAR.* verum reperies.
PAM. manĕdum sodes: timeo ne aliud credam atque aliud nunties.
PAR. maneo. *PAM.* sic te dix[iss]e opinor, invenisse Myrrinam
Bacchidem anulum suom habere. *PAR.* factum. *PAM.* e͡um quem olim ei dedi:
eaque hoc te mihi nuntiare iussit. itanest factum? *PAR.* ita, inquam.
PAM. quis me est fortunatior venŭstati'que adeo plenior?
egŏn prŏ hoc te nuntio qui donem? qui? qui? nescio.
PAR. at ego sciŏ. *PAM.* quid? *PAR.* nihilo enim;

835 mec. P^1L 836 inducam *p*, *Nonius* 483 (*recte*?): ducam *C* 838 -de mihi nu. *etiam Don.* 839 fe. me *CPLE* id *om.* $CP^1D^2LE^1Fv$ ven. *F* 840 ae. ferre est *p* 842 D^1p: br. hoc co. *cett.* 847 ita inq.] 'quasi iam lassatus dicit' *Don.* 849 *CP*, *schol. L. E*: te pro hoc *cett.* D^1p: quid do. *cett.* $D^1p^1E^2$: quid qui LE^1F: quid quid *cett.* (*praeter v* quid negem quod) 850 *an* qui? *A*: nihil *Iov.* Σ

nam neque ĭn nuntio neque ĭn me ipso tibi boni quid sit scio.
PAM. egon qui ab Orco mortuom me reducem in lucem feceris
sinam sine munere a me abire? ah nimium me ignavom putas.

sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
mĕ ĕxspectat credo: adibo. *BA.* salve, Pamphile.
PAM. o Bacchis, o mea Bacchi', servatrix mea!
BA. bene factum et volup est. *PAM.* factis ut credam facis;
antiquamque adeo tu͡am venustatem obtines

ut volŭptati obitu' sermo adventu' tuo', quoquomque adveneris,
semper siet. *BA.* at tŭ ĕcastor morem antiquom atque ingenium obtines
ut unus hominum homo te vivat numquam quisquam blandior.
PAM. hahahae, tun mihi ĭstuc? *BA.* recte amasti, Pamphile, uxorem tuam;
nam numquam ante hunc diem me͡is oculis e͡am, quod nossem, videram:
perliberali' visast. *PAM.* dic verum. *BA.* ita me dĭ ament, Pamphile.
PAM. dic mi, harunc rerum numquid dixti iam patri? *BA.* nil. *PAM.* neque opus est
adeo muttito. placĕt non fieri hoc itidem ut in comoediis
omnia ŏmnes ubi resciscunt. hic quos par fuerat resciscere

851 me] memet *P* qu. sit bo. *CPLE*: bo. qu. F^1v^1 853 a me *om.* AD^1p ign. *A*: ingratum Σ 857 volupe (*om.* est) *P* 859 voluntate (-ti?) *Don.* (?) 860 *ADpv*: sit *cett.* 861 Σ: omnium *A* nusquam *edd.* qu. *om.* *A* 865 p^1: harum *cett.* iam Σ: meo *A* (*gloss. in v*) est *om.* *p* 866 BA. plac. Σ 867 hi qu. Σ *Iov.* fuerit par *A*: par fuerit *v* sciscere CPD^2LE^1Fv

sciunt; quos non autem aequomst scire neque resciscent neque scient.

BA. immo etiam qui hoc occultari facilius credas dabo.
Myrrina ita Phidippo dixit iureiurando meo
se fidem habuisse et propterea te sibi purgatum. *PAM.* optumest:
speroque hanc rem esse eventuram nobis ex sententia.—
PAR. ere, licetne scire ex te hodie, quid sit quod feci boni?
aut quid ĭstuc est quod vos agiti'? *PAM.* non licet *PAR.* tamĕn suspicor:
ego hŭnc ab Orco mortuom quo pacto . . ! *PAM.* nescis, Parmeno,
quantum hodie profueris mihi et ĕx quanta aerumna extraxeris.
PAR. ĭmmŏ vero scio, neque [hoc] inprudens feci. *PAM.* ego ĭstuc sati' scio. *PAR.* an
temere quicquam Parmeno praetereat quod facto usu' sit?
PAM. sequere me intro, Parmeno. *PAR.* sequor. equidem plus hodie boni
feci inprudens quam sciens ante hunc diem umquam. CANTOR. plaudite!

868 au. est ae. sc. *CPE*: au. sc. ae. est *DpFv* 869 BA. *om.* Σ quo D^1p occ. hoc *A*: hoc occ. posse D^1F^2v 870 in iureiu. $D^2E^2F^1v$ 871 se tibi *A* 872 vent. *Pp* 873 licetne me sc. ex te Σ (*praeter p* licetne ex te me sc.) 875 egon Σ 876 ho. *om. p* et *om.* pF^1 me extr. D^1pFv 877 hoc *om.* D^1p PAR. (*alt.*) *om.* Ap^1: BA. *Don.* an *initio versus sequentis A* (*non PL*) 878 *A*: Parmenone p^1: -onem *cett.* (*non Don.*) quo *p* siet *A* 879 PAM.] $CPLp^2EF^2v$: PAR. *D* me *om. E*

ADELPHOE

DIDASCALIA

INCIPIT TERENTI ADELPHOE : ACTA LVDIS FVNEBRIBVS L · AEMELIO PAVLO QVOS FECERE Q · FABIVS MAXVMVS P · CORNELIVS AFRICANVS : EGERE L · AMBIVIVS TVRPIO L · HATILIVS PRAENESTINVS : MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS SARRANIS TOTA : GRAECA MENANDRV : FACTA VI M · CORNELIO CETHEGO L · ANICIO GALLO COS ·

---

1 Σ (-eribus *D*) : funeralibus *A* 2 L. Aem. Pau.] Aemelii (*Dηε* : Aemili *cett.*) Pauli (*post* African.) Σ quos] modos *A* (*pro* ludos?) Q.] Lucius *A* 2–3 Fabio Maximo P. Cornelio Africano Aemelii (-ili) Pauli aedilibus curulibus quos fecere (egere) L. *DGLEFvηε* 4 L. Hat. Praen. L. Amb. Tur. *A* : L. At. Praen. Minutius Prothymus Σ 5 Serr. *A* : imparibus *η* (*pro* i. e. paribus ?) 6 tota] facta Σ (*praeter η*) Gr. Men. *ante* acta ludis *A* 6–7 facta . . cos.] Anicio M. Cornelio cons. Σ 7 Anicio *om.* *A*

Adel. habent : A (praeter 915–97), CDEη (praeter 60–302, 379–451, 540–610[1], 932–97), ε (praeter 33–350, 387–997), FGLPp (praeter perioch., prol. 1–12), π (nonnisi 944–88), V (nonnisi perioch., 26–158), v. In Adelphis ε exemplar codicis η esse videtur.

C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA

Duos cum haberet Demea adulescentulos,
dat Micioni fratri adoptandum Aeschinum,
sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistriae
lepore captum sub duro ac tristi patre
frater celabat Aeschinus; famam rei,
amorem in sese transferebat; denique
fidicinam lenoni eripit. vitiaverat
eidem Aeschinus civem Atticam pauperculam
fidemque dederat hanc sibi uxorem fore.
Demea iurgare, graviter ferre; mox tamen
ut veritas patefactast, ducit Aeschinus
vitiatam, potitur Ctesipho citharistriam.

PERI. 3 Ct. secum ret. *LV* 4 captus *A* 5 famamque (*om.* rei) Σ 6 amorem *A*η (*cf.* 263): -ris *cett.* sese *A* : se Σ 7 er. len. *A* *A* : eripuit Σ 8 idem Σ 10 iu. et gr. Σ (*praeter C*) 11 ut] et *A* 12 *huius versus loco exhibent* Σ :
a se vitiatam civem Atticam virginem;
uxore[m] potitur Ctesipho citharistria
exorato suo patre duro Demea
(virg. Att. *LV* duro *om. G*)

PERSONAE

(PROLOGVS)
MICIO SENEX
DEMEA SENEX
SANNIO LENO
AESCHINVS ADVLESCENS
BACCHIS MERETRIX
PARMENO SERVOS
SYRVS SERVOS
CTESIPHO ADVLESCENS
SOSTRATA MATRONA
CANTHARA ANVS
GETA SERVOS
HEGIO SENEX
DROMO PVER
STEPHANIO PVER
PAMPHILA VIRGO
(CANTOR)

PROLOGVS

Postquam poeta sensit scripturam suam
ab iniquis observari, et advorsarios
rapere in peiorem partem quam acturi sumus,
indicio de se ipse erĭt, vos eritis iudices
laudin an vitio duci factum oporteat.
Synapothnescontes Diphili comoediast:
e͡am Commorientis Plautu' fecit fabulam.
in Graeca adulescens est qui lenoni eripit
meretricem in prima fabula: e͡um Plautus locum
reliquit integrum, e͡um hic locum sumpsit sibi
in Adelphos, verbum de verbo expressum extulit.
e͡am nos acturi sumu' novam: pernoscite
furtumne factum existumetis an locum
reprehensum qui praeteritu' neglegentiast.
nam quod ĭsti dicunt malevoli, homines nobilis
hunc adiutare adsidueque una scribere,
quod ĭlli maledictum vehemens esse existumant,
e͡am laudem hic ducit maxumam quom illis placet
qui vobis universis et populo placent,
quorum opera in bello in otio in negotio
su͡o quisque tempore usust sine superbia.
de(h)inc ne exspectetis argumentum fabulae,
senes qui primi venient î partem aperient,
in agendo partem ostendent. facite aequanimitas
poetae ad scribendum augeat industriam.

4 ip. eripit *A* (*corr. Iov.*) eritis *om.* C^1 ind. de sese ip. erit, vos iud. *Bentley* 5 an *om. A* (*add. Iov.*) γp^1: du. id fa. *cett.* 10 hinc C^1P^1 11 -os (*non* -us) *etiam Don.* 15 maledici *A* (*non Iov., Don. in Vita*) 16 hunc *Don. in Vita*: eum ω adi. *etiam Don. hic et in Vita*: adiuvare ('legitur et a.') *Don.* (?) 17 illi *etiam Don. in Vita*: isti *Iov.* 18 quod *Donati codd. in Vita* 25 indostriam *Iov.*

ACTVS I

Micio

Storax!—non rediit hac nocte a cena Aeschinus
neque servolorum quisquam qui advorsum ierant.
profecto hoc vere dicunt: si absis uspiam
aut ibi si cesses, evenire ea satius est
quae in te uxor dicit et quae in animo cogitat
irata quam illa quae parentes propitii.
uxor, si cesses, aut te amare cogitat
aut tete amari aut potare atque animo obsequi
et tibi bene esse soli, quom sibi sit male.
ego quia non rediit filius quae cogito et
quibu' nunc sollicitor rebu'! ne aut ille alserit
aut uspiam ceciderit aut praefregerit
aliquid. vah quemquamne hominem in animo instituere aut
parare quod sit carius quam ipsest sibi!
atque ex mĕ hĭc natu' non est sed ĕx fratre. is adeo
dissimili studiost iam inde ab adulescentia:
egŏ hanc clementem vitam urbanam atque otium
secutu' sum et, quod fortunatum isti putant,
uxorem, numquam habui. ille contra haec omnia:
ruri agere vitam; semper parce ac duriter
se habere; uxorem duxit; nati filii
duo; inde ego hunc maiorem adoptavi mihi;
eduxi a parvolo; habui amavi pro meo;
in eo͡ me oblecto, solum id est carum mihi.

27 ierant] 'producta I pronuntiandum' *Don.* 29 ibi (*non* ubi) *etiam Servii codd. in Aen.* iii. 430 ea venire *Phillimore* (*Class. Quart.* xvi. 174) 31 ea *Nonius* 59 32 am.] bacare *Iov.* (*i.e.* vac-?) 34 *om. A* (*non Eugraph.*) sibi quom *Bentley* 35 et *etiam Servii codd. in Aen.* iv. 379: *in initio sequentis versus APFvη* (*non L*) 36 aut ne il. *v* 38 inst. in an. *EFvη* 39 *an* ipsust? 40 fr. meo *A* (*corr. Iov.*) is (*om.* adeo) *in initio* 41 *A* adeo *etiam Don.* 44 *de distinctione cf. Don.* 45 semper] 'incertam habet distinctionem' *Don.*

ille ut item contra me habeat facio sedulo:
do praetermitto, non necesse habeo omnia
pro meo iure agere; postremo, alii clanculum
patres quae faciunt, quae fert adulescentia,
ea ne me celet consuefeci filium.
nam qui mentiri aut fallere insiterit patrem aut
audebit, tanto magis audebit ceteros.
pudore et liberalitate liberos
retinere satius esse credo quam metu.
haec fratri mecum non conveniunt neque placent.
venit ad me saepe clamităns "quid agi', Micio?
quor perdis adulescentem nobis? quor amat?
quor potat? quor tu his rebu' sumptum suggeris,
vestitu nimio indulges? nimium ineptus es."
nimium ipse durust praeter aequomque et bonum,
et errat longe meă quidem sententia
qui imperium credat gravius esse aut stabilius
vi quod fit quam illud quod amicitia adiungitur.
mea sic est ratio et sic animum induco meum:
malo coactu' qui suom officium facit,
dum id rescitum iri credit, tantisper cavet;
si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
ill' quem beneficio adiungas ex animo facit,
studĕt par referre, praesens absensque idem erit.
hoc patriumst, potiu' consuefacere filium
suă sponte recte facere quam alieno metu:

50 adsedulo *A* (*non Don.*, *Serv. auct. in Aen.* x. 567) 51 omnia *om. A* (*add. Iov.*), *V* 55 insuevit *LpV*: insuet D^1: insuerit (-ever-) *cett.*: instituerit *Mart. Capellae codd.* v. 495 (*pro* institerit) aut *in initio sequentis versus Av* (*non PLFη*) 55–6 aut aud. *etiam Mart. Cap.* 57 et] aut *LV* 58 -ri *p* 60 clamitans *etiam Ciceronis codd. de Inv.* i. 27, *Victorini in Cic. Rhet. p.* 203 *H.*, *Don.* *an rhythmus abnormis trepidationem exprimit?* 62 sumptus Σ (*non Don. ut vid.*) 63 -gis *A* 64 ipse *om.* LpV^1 est du. *Aδ* que *om.* GVE^2F^2 69 qui *om.* C^1P^1 70 ca. *etiam Don.*: pavet *A* 71 rursus *Iov. DGL* 75 recte *om. A* (*add. Iov.*)

hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit
fateatur nescire imperare liberis.
sed estne hic ipsu' de quo agebam? et certe is est.
nescioquid tristem video: credo, iam ut solet
iurgabit. salvom te advenire, Demea,
gaudemus.

ii

DEMEA MICIO

DE. Ehem ŏpportune: tĕ ĭpsum quaerito.
MI. quid tristis es? *DE.* rogas me ubi nobis Aeschinus
siet? quid tristis ego sum? *MI.* dixin hoc fore?
quid fecit? *DE.* quid ĭlle fecerit? quem neque pudet
quicquam neque metuit quemquam neque legem putat
tenere se ullam. nǎm ĭlla quae ante(h)ac facta sunt
omitto: modo quid dissignavit? *MI.* quidnam id est?
DE. fores effregit atque in aedis inruit
alienas; ipsum dominum atque omnem familiam
mulcavit usque ad mortem; eripuit mulierem
quǎm amabat: clamant omnes indignissume
factum esse. hoc advenienti quot mihi, Micio,
dixere! in orest omni populo. denique,
si conferendum exemplumst, non fratrem videt
rêi dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
nullum huiu' simile factum. haec quom illi, Micio,
dico, tibi dico: tǔ ĭllum corrumpi sinis.
MI. homine imperito numquam quicquam iniustiust,
qui nisi quod ipse fecit nil rectum putat.
DE. quorsum istuc? *MI.* quia tu, Demea, haec male
iudicas.

77 ne. se *Iov.* δ: se ne. γ: 'deest se' *Don.* 78 ipse *AD* 82 rogitas me γ (*non Don. ad* 789): rogasne me *LV* 83 siet *etiam Don. ad* 789 *GLVE Donati codd. ad* 789: sim *cett.* 84 q. f.] q. is f. *C²DGLVEv* 87 diss- Σ (*praeter E*), *codd. Nonii* 96: des- *AE* 92 'hoc vel articulus vel adverbium loci est' *Don.* quod ω 96 fa. sim. Σ 98 est *om. A* 99 nisi] sini *A*

non est flagitium, mihi crede, adulescentulum
scortari neque potare: non est; neque fores
effringere. haec si neque ego neque tu fecimus,
non siit egestas facere nos. tu nunc tibi
id laudi duci' quod tum fecisti inopia?
iniuriumst; nam si esset unde id fieret,
faceremus. et tŭ ĭllum tuom, si esses homo,
sineres nunc facere dum per aetatem decet
potius quam, ubi te exspectatum eiecisset foras,
alieniore aetate post faceret tamen.
DE. pro Iuppiter, tŭ homo adigi' mĕ ad insaniam!
non est flagitium facere haec adulescentulum? *MI.* ah
ausculta, ne me optundas de hac re saepius:
tuo͡m filium dedisti adoptandum mihi;
is meus est factu': siquid peccat, Demea,
mihi peccat; ego ĭlli maxumam partem fero.
opsonat potat, olet unguenta: de meo;
amăt: dabitur a me argentum dŭm erit commodum;
ubi non erit fortasse excludetur foras.
fores effregit: restituentur; discidit
vestem: resarcietur; et—dis gratia—
e(s)t unde haec fiant, et adhuc non molesta sunt.
postremo aut desine aut cedo quemvis arbitrum:
te plura in hac re peccare ostendam. *DE.* ei mihi,
pater esse disce ab aliis qui vere sciunt.
MI. natura tŭ ĭlli pater es, consiliis ego.
DE. tun consulis quicquam? *MI.* ah, si pergis, abiero.
DE. sicin agis? *MI.* an ego totiens de ea͡dem re audiam?

104 *p*: siid *A*: sivit *cett.* 105 id *om. LV* tunc *DGLpE*: tu *V* 107 homo *om. A* (*add. Iov.*) 108 *Iov.* δF^1: licet *cett.* 109 eiec. *etiam Don.* 111 ad. *etiam Charis.* 241, 242: rediges *CP*[1], *schol. DEFv*: redigis *schol. G*: rediges *an* -gis *incert. Don.* 116 feram Σ *Don.* 117 ops. *etiam Gramm.*: scortatur (*cf.* 102) *Varro L. L.* vii. 84 121 et est d. ALp^1VF^1: est d. *CPDGEv* 122 'iterum subaudiendum "est"' *Don.* (?) non *om. A* (*add. Iov.*) modesta *A* (*corr. Iov.*) 125 *Don.*: illis ω 127 Σ (*praeter E*), *Don.*: consilis (*i. e.* -liis) *AE*

DE. curaest mihi. *MI.* et mihi curaest. verum, Demea,
curemus aequam uterque partem : tu alterum,
ego item alterum ; nam ambos curare propemodum
reposcere illumst quem dedisti. *DE.* ah Micio !
MI. mihi sic videtur. *DE.* quid ĭstic ? si tibi ĭstuc placet,
profundat perdat pereat ; nil ad me attinet.
iam si verbum unum posthac . . *MI.* rursum, Demea,
irascere ? *DE.* an non credi' ? repeto quem dedi ?
aegrest ; alienu' non sum ; si obsto . . em desino.
unum vis curem : curo ; et est dis gratia
quom ita ut volo est. iste tuos ipse sentiet
posteriu' . . nolo in illum graviu' dicere.

Micio

nec nil neque omnia haec sunt quae dicit : tamen
non nil molesta haec sunt mihi ; sed ŏstendere
me aegre pati illi nolui. năm itast homo :
quom placo, advorsor sedulo et deterreo ;
tamĕn vix humane patitur ; verum si augeam
aut etiam adiutor si⟨e⟩m ĕius iracundiae,
insaniam profecto cŭm ĭllo. etsi Aeschinus
non nullam in hac re nobis facit iniuriam.
quăm hĭc non amavit meretricem ? aut quoi non dedit
aliquid ? postremo nuper (credo iam omnium
taedebat) dixit velle uxorem ducere.
sperabam iam defervisse adulescentiam :
gaudebam. ecce autem de integro ! nisi, quidquid est,
volŏ scire atque hominem convenire, si apŭd forumst.

134 perdat *om. A* (*non Festus* 257, 15) 135 ullum γ, *schol. G* 136 ir. *interrogative Don.* repeton Σ (*sed cf. Praef.*) 137 em *om. CPF*[1] 139 ip. se sent. *A* 140 il. *emphatice* gr. quicquam di. δ 141 *nulla nova scaena* ω *post* tamen *dist. Don.* : *post* dicit *et* tamen *Iov.* 144 quom (cum) *etiam Diomed.* 388 : quod *A* (*corr. Iov.*)

ACTVS II

SANNIO AESCHINVS PARMENO (BACCHIS) i

SA. Obsecro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium,
subvenite inopi. *AE.* otiose: nunciam ilico hic consiste.
quid respectas? nil periclist: numquam dum ego adero hic te tanget.
SA. ego ĭstam invitis omnibus.
AE. quamquamst scelestu' non committet hodie umquam iterum ut vapulet.
SA. Aeschine, audi ne te ignarum fuisse dicas meorum morum:
leno ego sum. *AE.* scio. *SA.* at ita ut usquam fuit fide quisquam optuma.
tu quod te posteriu' purges hanc iniuriam mi nolle
factam esse, hui(u)s non faciam. crede hoc, ego meum ius persequar
neque tu verbis solves umquam quod mihi re male feceris.
novi ego vostra haec: "nollem factum: iusiurandum dabitur te esse
indignum iniuria hac"—indignis quom egomet sim acceptus modis.

AE. abĭ prae strenue ac forēs aperi. *SA.* ceterum hoc nihili facis?
AE. ĭ ĭntro nunciăm. *SA.* enĭm non sinam. *AE.* accede illuc, Parmeno
(nimium istoc abisti), hic propter hunc adsiste: em sic volo.

158, 159 *revera unus versus trochaicus* 161 leno] 'terribiliter pronuntiandum' *Don.* 162 iuriam m. *A* (*corr. Iov.*) : m. in. δ 165, 166 *revera unus versus trochaicus* 167 *Don.* : nihil ω 168 *A* : nunc tu iam δ : iam nunc tu γ (*recte?*) Ap^1 *Don., Priscian.* : at enim *cett.* 169 SA. em (hem) Σ

cavĕ nunciam oculos a meĭs oculis quoquam demoveas tuos
ne mora sit, si innuerim, quin pugnu' continuo in mala haereat.
SA. istuc volo ergo ipsum experiri. *AE.* em serva. *PA.* omitte mulierem.
SA. o facinus indignum! *AE.* geminabit nisi caves. *SA.* ei, miseriam!
AE. non innueram; verum in ĭstam partem potiu' peccato tamen.
i nunciam.—*SA.* quid hŏc reist? regnumne, Aeschine, hic tu possides?
AE. si possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus.
SA. quid tibi re͡i mecumst? *AE.* nil. *SA.* quid? nostin qui sim? *AE.* non desidero.
SA. tetigin tuĭ quicquam? *AE.* si attigisses, ferres infortunium.
SA. qui tibi magis licet me͡am habere pro qua ego argentum dedi?
responde. *AE.* ante aedis non fecisse erĭt melius hic convicium;
nam si molestu' pergis esse, iam intro abripiere atque ibi
usque ad necem operiere loris. *SA.* loris liber? *AE.* sic erit.
SA. ŏ hominem inpurum! hicin libertatem aiunt esse aequam omnibus?
AE. si sati' iam debacchatus es, leno, audi si vis nunciam.
SA. egŏn debacchatu' sum autem an tŭ ĭn me? *AE.* mitte ista atque ad rem redi.

170 AE. cave Σ 172 PA. em . . mul. *schol. C*, $P^2D^1L^2E^1$ (AE. om. mul. *schol. E*), *Fv* (*non Don.*) 173 *A* : o miserum fac. (o fac. mis. *p*) Σ (*trochaice*) Σ : ei misero mihi *A* 179 quid t. *A* (*corr. Iov.*), $P^1D^1L^1E^1$ meam mag. lic. *Leo* (*recte* ?) 181 perges γD^2L 182 SA.] PA. *Iov.* 184 deb. iam Σ leno es δ : *vel* leno's iam nunc δ (*praeter p*) 185 istaec *Iov.*

SA. quam rem? quo redeam? *AE.* iamne me vis dicere id quod ăd te attinet?
SA. cupio, modo aequi aliquid. *AE.* vah leno iniqua me non volt loqui.
SA. leno sum, fateor, pernicies communis adulescentium,
periuru', pesti'; tamĕn tibi a me nulla est orta iniuria.
AE. nam hercle etiam hoc restat. *SA.* illuc quaeso redĭ quo coepisti, Aeschine.
AE. minis viginti tŭ ĭllam emisti (quae res tibi vortat male!):
argenti tantum dabitur. *SA.* quid si ego tibi ĭllam nolo vendere?
coges me? *AE.* minime. *SA.* namque id metui. *AE.* neque vendundam censeo
quae liberast; nam ego liberali illam adsero causa manu.
nunc vide utrum vis, argentum accipere an causam meditari tuam.
delibera hoc dum ego redeo, leno.

Sannio

pro supreme Iuppiter,
minime miror qui insanire occipiunt ex iniuria.
domŏ me eripuit, verberavit; mĕ ĭnvito abduxit meam
(ob male facta haec tantidem emptam postulat sibi tradier);
homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
verum enĭm quando bene promeruit, fiat: sŭom ius postulat.
age, iam cupio si modo ărgentum reddat. sed ego hŏc hariolor:
ubi me dixero dare tanti, testis faciet ilico

187 *γ*: ae. mo. *Aδ* vaha DG^1L 189 *γp*: or. est *cett.*: ortast *edd.* 190 hoc] id Σ 191 id quae *A* 192 argentum D^1G^1 il. ti. no. *DL*: no. il. (*om.* tibi) *G* 193 cogis *AG* 194 causam et m. *A* (*pro glossa* mea?) 196 *nulla nova scaena ω* 197 qui *ex* quin *Gp*: quin *E*: quo Lv^1 198 domi *A* (*corr. Iov.*) 199 *post* 200 *edd.* (*non Don. ut vid.*) darier *Don.* 200 o hom. $DLEF^2v$

vendidisse me; dĕ ărgento—somnium: "mox; cras redi."
id quoque possum ferre si modo reddat, quamquam iniuriumst.
verum cogito id quod rės est: quando e͡um quaestum occeperis,
accipiunda et mussitanda iniuria adulescentiumst.
sed nemo dabit—: frustra egomet mecum has rationes puto.

ii SYRVS SANNIO

SY. Tace, egomet conveniam iam ipsum: cupide accipiat faxo atque etiam
bene dicat secum esse actum.—quid ĭstuc, Sanniost quod te audio
nescioquid concertasse cŭm ero? *SA.* numquam vidi iniquius
certationem comparatam quam haec hodie inter nos fuit:
ego vapulando, ill' verberando, usque ambo defessi sumus.
SY. tua culpa. *SA.* quid agerem? *SY.* adulescenti morem gestum oportuit.
SA. qui potui meliu' quĭ hodie usque os praebui? *SY.* age, scis quid loquar:
pecuniam in loco neglegere maxumum interdumst lucrum. hui
metuisti, si nunc de tu͡o iure concessisses paullulum atque
adulescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime,
ne non tibi istuc feneraret? *SA.* ego spem pretio non emo.
SY. numquam rem facies: abĭ, nescis inescare homines, Sannio.

206 *Don.*: inceperis ω   208 ego γ   hanc rationem δ   deputo γG   209 iam ip. *A* (iam *testatur Don.*): ip. Σ   iam fa. γ, *schol. D, p*   212 haec quae ho. C^2, *schol. D, GLEFv*   213 'vel verb. us. vel us. def.' *Don.*   214 γ: facerem *A*δ   215 quid p. *A* (*corr. Iov.*)   sc. q. lo.] *interrogative edd.* (*non Don.*)   216 SA. hui *schol. v*   219 istuc *emphatice*? *an* is ĭst.?   220 in. ne. *Bothe* (*non Eutych.* 469)

SA. credo ĭstuc melius esse; verum ego numquam adeo astutus fui
quin quidquid possem mallem auferre potius in praesentia.
SY. age, novi tuom animum: quasi iam usquam tibi sint viginti minae
dum huic obsequare; praeterea autem te aiunt proficisci Cyprum. *SA.* hem.
SY coēmisse hinc quaĕ ĭlluc veheres multa, navem conductam: hoc, scio,
animu' tibi pendet. ubi ĭllinc, spero, redieris tamen, hoc ages.
SA. nusquam pedem! perii hercle: hac illi spĕ hŏc inceperunt. *SY.* timet:

inieci scrupulum homini. *SA.* o scelera: illuc vide
ut in ĭpso articulo oppressit. emptae mulieres
complures et item hinc alia quae porto Cyprum.
nisi eo ad mercatum venio, damnum maxumumst.
nunc si hoc omittō—, actum agam ubi ĭllinc rediero;
nil est; refrixerit res—"nunc demum venis?
quor passu's? ubi eras?"—ut sit satius perdere
quăm hĭc nunc manere tam diu aut tum persequi.
SY. iamne enumerasti quot ăd te rediturum putes?
SA. hoccin ĭllo dignumst? hoccin incipere Aeschinum,
per ŏppressionem ut hanc mi eripere postulet!
SY. labascit: unum hoc habeo. vidĕ si sati' placet:
potius quam venias in periclum, Sannio,
servesne an perdas totum, dividuom face;
minas decem conradet alicunde. *SA.* ei mihi,

222 in *om. A* 223 *cf. Don.* 224 in Cyp. δ (*praeter G*) 225 hoc] *i.e.* huc (*cf. Don.*) 226 *ante* tamen *dist. Iov.* 228 illud *A*δ 232 actum *Don.* ω (*praeter Cp*): ac tum *edd.* (*cum* īllinc) 233 refrixit δ (*praeter* D^2G) 235 δ: qu. aut n. *A*: qu. aut hic n. γ cum *A*: tunc *Iov. G* 236 quod *Iov.* CPF^1: id quod *cett.* (*om.* quod D^1): *cf. ad* 92 -rum] *cf. ad Hec.* 629 237 inc. *etiam Don.*

etiam de sorte nunc venio in dubium miser?
pudet nil? omnis dentis labefecit mihi,
praeterea colaphis tuber est totum caput:
etiam insuper defraudet? nusquam abeo. *SY.* ut lubet.
numquid vis quin abeam? *SA.* immo hercle hoc quaeso, Syre:
utut haec sunt acta, potiu' quam litis sequar,
meum mihi reddatur saltem quanti emptast, Syre.
sciŏ te non usum ante(h)ac amicitia mea:
memorem me dices esse et gratum. *SY.* sedulo
faciam. sed Ctesiphonem video: laetus est
dĕ amica. *SA.* quid quod te oro? *SY.* paullisper mane.

iii CTESIPHO SANNIO SYRVS

CT. Abs quivis homine, quom est opus, beneficium accipere gaudeas;
verum enĭmvero id demum iuvat si quem aequomst facere is bene facit.
o frater, frater, quid ego nunc te laudem? sati' certo scio,
numquam ita magnifice quicquam dicam id virtus quin superet tua.
itaque unam hanc rem mĕ habere praeter alios praecipuam arbitror,
fratrem, hominem neminem esse primarum artium mage principem.
SY. o Ctesipho. *CT.* o Syre, Aeschinūs ubĭst? *SY.* ellum, te exspectat domi. *CT.* hem.
SY. quid ĕst? *CT.* quid sit? illi(u)s opera, Syre, nunc vivo. festivom caput;

243 so. mea n. *DL* 246 defrudet CPF^1v^1: defraudat *A*: defrudat δ*E* 248 ut DE^1 (*non Don.*) *A*: facta *Iov.* *CPDG*: fata L^1pEFv 249 reddat *Don.* (*recte?*) 250 *A*: non esse us. *cett.* (*recte, cum* ante?) 254 quovis *Iov.* 255 facere] bene fa. γD^2L^1: 'bene subaudiendum est' *Don.* 256 te nunc γ (*schol. E*), *G* certe γ (*praeter C*) 259 frater *A* (*corr. Iov.*) *Gp*: homini *cett.* (-num *schol. F*) nemini *A* (*corr. Iov.*): *om.* G^1

quin omnia sibi post putarit esse prae me͡o commodo;
maledicta famam me͡um laborem et peccatum in se transtulit.
nil pote supra. quidnam fori' crepuit? *SY.* manĕ mane: ipse exit foras.

AESCHINVS CTESIPHO SYRVS SANNIO iv

AE. Vbi est ill' sacrilegus? *SA.* me quaerit. num quid nam ecfert? occidi:
nil video. *AE.* ehem opportune: te ipsum quaero: quid fit, Ctesipho?
in tutost omni' res: omitte vero tristitiem tuam.
CT. ego ĭllam hercle vero omitto quiquidem te habeam fratrem: o mi Aeschine,
o mi germane! ah vereor coram in os te laudare amplius,
ne id adsentandi mage quam quo habeam gratum facere existumes.
AE. age, inepte, quasi nunc non norimu' nos inter nos, Ctesipho.
hoc mihi dolet, nos paene sero scisse et paene in eum locum
redisse ut, si omnes cuperent, nil tibi possent auxiliarier.
CT. pudebat. *AE.* ah stultitiast istaec, non pudor. tăm ŏb parvolam
rem paene e patria! turpe dictu. de͡os quaeso ut ĭstaec prohibeant.

262 quin (qui) omn. *Iov.* Σ *Don.*, *Arusian.* 502: qui ignominia *A* (*pro* qui in omn.?) 263 *Iov. GLp Non.* 305: amorem (*cf. Perioch.* 6) *cett.* 264 *Don.*: potest *ω* n. s. p. *CPEV* sed q. *C*^{2}*DGLpEF*^{2}*v* quisnam *CPD*^{2}*G*^{2}*LpEFv* (*non Don.*) fo. cr. *etiam Don.*: fores cr. Σ (*praeter D*^{1}*p*) 265 men (-ne) Σ *p*: offert *G*: effert *cett.* 266 quaerito *CP*, *schol. D*, *GL* 267 -tiam *Iov.* Σ 268 hercle *etiam Don.*: *om. A* (*add. Iov.*): facile *CPGEFv*: fa. her. *DL* *an* fr. Ae. (*cum* tĕ)? 'acuendum est te' *Don.* 270 quo *Ap Don.* (?): quod *cett.* 271 nos (*prius*) *om. A* 272 sed hoc Σ (*praeter G*) scire *D*^{1}*GL* et p.] et rem (res) *edd.* 273 n. t. *Iov.*: t. n. *ω* 275 SY. rem *A* (*corr. Iov.*) ex Σ

CT. peccavi. *AE.* quid ait tandem nobis Sannio? *SY.* iam mitis est.
AE. ego ad forum ibo ut hunc absolvam; tŭ ĭntro ad illam, Ctesipho.
SA. Syre, insta. *SY.* eamu'; namque hic properat in Cyprum. *SA.* ne tam quidem
quam vis: etiam maneo otiosus hic. *SY.* reddetur; ne time.
SA. at ut omne reddat. *SY.* omne reddet; tacĕ modo ac sequere hac. *SA.* sequor.—
CT. heus heus Syre. *SY.* em quid ĕst? *CT.* obsecro hercle te, hominem istum inpurissimum
quam primum absolvitote ne, sĭ magis irritatus siet,
aliqua ad patrem hoc permanet atque ego tum perpetuo perierim.
SY. non fiet; bono animo esto; tu cŭm ĭlla intu' te oblecta interim
et lectulos iubĕ sterni nobis et parari cetera.
ego iam transacta re convortam me domum cum opsonio.
CT. ita quaeso. quando hoc bene successit, hilare[m] hunc sumamus diem.

ACTVS III

i SOSTRATA CANTHARA

SO. Obsecro, mea nutrix, quid nunc fiet? *CA.* quid fiet, rogas?
recte edepol spero. modo dolores, mea tu, occipiunt primulum:

279 quam vis (*non* quamvis)] *cf. Don.* ma. eti. *A* 281 hem (ehem) Σ: *om. A* her. te *Iov. CPp*: te her. *A*: her. *DGLEFv* 282 nisi *A* 283 *Ap*: tunc *cett.* 284 esto *schol. C, PDG* (isto), *LpEFv*: es *AC*[1] tu *om. DGp* *A*: te int. Σ 286 ego autem i. *DGL* 287 CT. *del. Iov.* (?) (*cf. Don.*) 288 γ: fiat r. *Aδ* 289 SO. modo *C*[2], *schol. P*, *δEF*[2]*v*

iam nunc times, quasi numquam adfueris, numquam tute pepereris?
SO. miseram me, neminem habeo (solae sumu'; Geta autem hic non adest)
nec quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat Aeschinum.
CA. pol is quidem iăm hĭc aderit; nam numquam unum intermittit diem
quin semper veniat. *SO.* solu' mĕārum miseriarumst remedium.
CA. e re nata meliu' fieri haud potuit quam factumst, era,
quando vitium oblatumst, quod ad illum attinet potissimum,
talem, tali genere atque animo, natum ex tanta familia.
SO. ita pol est ut dici': salvo' nobis dĕōs quaeso ut siet.

GETA SOSTRATA CANTHARA ii

GE. Nunc illud est quom, si omnia omnes sua consilia conferant
atque huic malo salutem quaerant, auxili nil adferant,
quod mihique eraeque filiaeque erilist. vae misero mihi!
tot res repente circumvallant se unde emergi non potest:
vis egestas iniustitia solitudo infamia.
hoccin saeclum! o scelera, o genera sacrilega, ŏ hominem inpium!
SO. me miseram, quidnam est quod sic video timidum et properantem Getam?
GE. quem neque fides neque iusiurandum neque ĭllum misericordia
repressit neque reflexit neque quod partus instabat prope

290 CA. iam C^2, *schol. P*, δEFv iam num *A* 294 mea. est mis. γ: mis. mea. est *L* 295 erae (he-) natae C^2, *schol. P* (*corr.* nata), δEFv 296 quando] quom *A* (*non Don.*) 297 gen. *etiam Don.* 299 quom] quod $A\gamma$, *schol. D*, v^2, *etiam Don. ut vid.* (*recte?*): quod cum *G* omnes omnia $A\delta v$ 302 se AD^1L *Don.*: *om. cett.* 304 hocine est δ (*non Serv. auct. Aen.* i. 605) impurum δ

quoi miserae indigne per vim vitium obtulerat. *SO.* non intellego
satius quae loquitur. *CA.* propius obsecro accedamu', Sostrata. *GE.* ah
me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia.
nil est quod malim quăm ĭllam totam familiam darĭ mi obviam,
ut ego iram hanc in eos evomam omnem, dum aegritudo haec est recens.
satis mihi id habeam supplici dŭm illos ulciscar modo.
seni animam primum exstinguerem ipsi quĭ ĭllud produxit scelus;
tum autem Syrum inpulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis!
sublime[m] medium primum arriperem et capite in terra statuerem,
ut cerebro dispergat viam;
adulescenti ipsi eriperem oculos, post haec praecipitem darem;
ceteros—ruerem agerem raperem tunderem et prosternerem.
sed cesso eram hoc malo inpertiri propere? *SO.* revocemus: Geta. *GE.* hem
quisqui's, sine me. *SO.* ego sum Sostrata. *GE.* ubi east? tĕ ĭpsam quaerito.
⟨*SO.*⟩ tĕ ĕxspecto; oppido opportune te obtulisti mi obviam.
⟨*GE.*⟩ era . . *SO.* quid est? quid trepidas? *GE.* ei mihi! *CA.* quid festinas, mi Geta?

308 indignae *Aη* (*non Don.*) 309 *A*: satis q. loquatur *Iov.* Σ: satis q. loquitur *edd.* (*troch. septenar.*) proprius *Ap*[1] 312 ego *om. γG* ha. ir. *A* ev. in eos *G* 316 -men *G* primum *ante* arriperem *A*: *ante* in Σ *Arusian.* 511 stuerem *A* 318 posthac *CPD*[1]*Gp* 319 ceterum *Iov.* (?) 320 -tire Σ *Arusian.* 481 (*non gl. I*) hem *del. Iov.*: *Sostratae tribuunt* Σ 321 quisquis *A*: quisquis es Σ 322 -ecto *etiam Don.* 'ex. oppi. an oppi. oppo.?' *Don.* 323 *de personis cf. Don.*

animam recipe. *GE.* prorsu' . . *SO.* quid ĭstuc "prorsus" ergost? *GE.* periimus;
actumst. *SO.* eloquere obsecro te quid sit. *GE.* iam . . *SO.* quid "iam," Geta?
GE. Aeschinus . . *SO.* quid is ergo? *GE.* alienus est ab nostra familia. *SO.* hem
perii. quare? *GE.* amare occepit aliam. *SO.* vae miserae mihi!
GE. neque id ŏcculte fert, ab lenone ipsus eripuit palam.
SO. satin hoc certumst? *GE.* certum; hisce oculis egomet vidi, Sostrata. *SO.* ah
me miseram! quid iam credas aut quoi credas? nostrumne Aeschinum,
nostram vitam omnium, in quo nostrae spes opesque omnes sitae
erant? qui sine hac iurabat se unum numquam victurum diem?
qui se in sui gremio positurum puerum dicebat patris,
ita obsecraturum ut liceret hanc sibi ŭxorem ducere?
GE. era, lacrumas mitte ac potiu' quod ad hanc rem opus est porro prŏspice:
patiamurne an narremu' quoipiam? *CA.* au au, mĭ homo, sanun es?
an hŏc proferendum tibi videtur esse? *GE.* miquidem non placet.
iam primum illum alieno animo a nobis esse res ipsa indicat.
nunc si hoc palam proferimus ille infitias ibit, sat scio:

324 an. *etiam Don.*: animum Σ (*praeter p*) 325 el. ergo obs. *A*δ (*praeter p*) 326 est iam a C^1p (*recte?*) 329 hoc *om.* D^1GL certumst] certe *CPF*: certo $D^1LEv\eta$ certum *A*: certe *Iov.* Σ his *A* 330 cr. iam aut *A* nostrum *γp* (*recte?*): *om. G* 332 *an delend.* se? 333 patres (*accus.*) *DGLpEF*η 335 pr. *A*δ (*gloss.* consule *L*): consule γ 336 CA.] SO. *CPDLEF*η au (*semel*) *ADE* 337 pro. hoc γ *p*: vi. usquam es. *A*: vi. es. us. *cett.* 338 alienum AC^1 339 -remus Σ (*praeter v*) ille *om. A* sat *om. A* (ad *superscr. Iov.*; *cf.* 360): sat scio hoc p^2

tua fama et gnatae vita in dubium veniet. tum si maxume
fateatur, quŏm amat aliam, non est utile hanc illi dari.
quapropter quoquo pacto tacitost opus. *SO.* ah minime gentium :
non faciam. *GE.* quid ages? *SO.* proferam. *CA.* hem, mea Sostrata, vidĕ quam rem agis.
SO. peiore res loco non potis est esse quam in quo nunc sitast.
primum indotatast ; tum praeterea, quae secunda eî dos erat,
periit : pro virgini darĭ nuptum non potest. hoc relicuomst :
si infitias ibit, testi' mecum est anulus quem miserat.
postremo, quando ego consciā mihi sum a me culpam esse hanc procul
neque pretium neque rem ullam intercessisse illa aut me indignam, Geta,
experiar. *GE.* quid ĭstic? cedo ut meliu' dicas. *SO.* tu, quantum potes⟨t⟩,
abi ătque Hegioni cognato huiu' rem enarrato omnem ordine ;
năm ĭs nostro Simulo fûit summus et nos coluit maxume.
GE. năm hĕrcle aliu' nemo respiciet nos. *SO.* propera tu, mea Canthara,
curre, obstetricem accerse, ut quom opu' sit ne in mora nobis siet.

iii DEMEA SYRVS DROMO

DE. Disperii! Ctesiphonem audivi filium
una fuisse in raptione cum Aeschino.

340 *an delend.* et? 341 $D^2EFv\eta$: amet *cett.* dare $D^2EFv\eta$ 342 tacito] celato γ 343 qu. agis Σ CA.] GE. *Iov. CDLpEv* agas Σ 344 sitast] siest *A* (*corr. Iov.*) 345 tum *om. A* 346 -ne ω non po. nu. *DL* : non nu. po. *G* 347 mis. *A* : ipse am. $D^2pEv\eta$: am. ipse D^1G (?) : am. *cett.* 348 sum mihi *DGL* 349 *Pp* : illam aut *cett.* 350 *vix* isti *gl. I ut vid.* : accedo ω *Lact. Plac. ad Theb.* v. 385, *Priscian.* ii. 85 351 eius *A* ordinem $A^1\eta^1$ 353 GE. *om.* AL^1E^1 nam] cum *A* (*corr. Iov.*) *A* : -cit Σ (*recte*?) SO. *om.* AL^1 (*non Don.*) 356 adfuisse Σ

id misero restat mihi mali si illum potest,
quĭ aliquoi re͡ist, etiam eum ăd nequitiem adducere.
ubi ego ĭllum quaeram? credo abductum in ganeum
aliquo: persuasit ille inpuru', sat scio.
sed ĕccum Syrum ire video: hinc scibo iam ubi siet.
atque hercle hic de grege illost: si me senserit
e͡um quaeritare, numquam dicet carnufex.
non ostendam id me velle. *SY.* omnem rem modo seni
quo pacto haberet enarramus ordine:
nil quicquam vidi laetius. *DE.* pro Iuppiter,
hominis stultitiam! *SY.* conlaudavit filium;
mihi, qui id dedissem consilium, egit gratias.
DE. disrumpor! *SY.* argentum adnumeravit ilico;
dedit praeterea in sumptum dimidium minae;
id distributum sane est ex sententia. *DE.* em
huic mandes siquid recte curatum velis!
SY. ehĕm Demea, haud aspexeram te. quid agitur?
DE. quid agatur? vostram nequeo mirari satis
rationem. *SY.* est hercle inepta, ne dicam dolo, atque
absurda. piscis ceteros purga, Dromo;
gongrum istum maxumum in aqua sinito ludere
tantisper: ubi ego venero, exossabitur;
priu' nolo. *DE.* haecin flagitia! *SY.* miquidem non placent
et clamo saepe. salsamenta haec, Stephanio,
fac macerentur pulchre. *DE.* di vostram fidem,
utrum studione id sibi habet an laudi putat
fore si perdiderit gnatum? vae misero mihi!

358 alicuius *P*, *schol. E*, $F^1\epsilon^2$ (*gloss.* 'alicuius bonitatis') *ante* et. *dist. Iov.* ad neq. eum $CP^1Fv\eta$: eum *om. GE* (*recte*?) 360 sat *om. A* (sa *Iov.*; *cf.* 339) 361 iam h. sc. *A* (*non Serv. auct. Aen.* i. 6) 364 *post* velle *nova scaena* Σ (*praeter p*) 365 enarravi *Iov.* p^2 366 vi. qu. l. γ (*recte*?) : vi. l. qu. *Don. hic et ad Hec.* 400 *ut vid.* 368 id *om.* $DGEF\epsilon$ (quid d. $C^1pF^1v\eta$) dedisset *Iov.* 371 est sa. δ (*praeter p*) 372 *cf. Ph.* 689 373 ehem] *de Don. non liquet* 374 agitur G^1p 377 co- Σ (*praeter* $DE\epsilon$) *an* istunc? 378 *A* : paulisper *Iov.* Σ *Don. ad Andr.* 418 *ut vid.*, *Serv. auct. Aen.* viii. 632 Σ *Don ad Andr.* 418 *ut vid.* : rediero *A*

videre videor iam diem illum quom hinc egens
profugiet aliquo militatum. *SY.* o Demea,
istuc est sapere, non quod ante pedes modost
videre sed etiam illa quae futura sunt
prospicere. *DE.* quid? ĭstaec iam penes vos psaltriast?
SY. ellam intus. *DE.* eho ăn domist habituru'? *SY.* credo, ut est
dementia. *DE.* haecin fieri! *SY.* inepta lenitas
patris et facilitas prava. *DE.* fratri' me quidem
pudet pigetque. *SY.* nimium inter vos, Demea, ac
(non quia ades praesens dico hoc) pernimium interest.
tu quantu' quantu's nil nisi sapientia es,
ill' somnium. sineres vero illum tu tuom
facere haec? *DE.* sinerem illum? aut non sex totis mensibus
prius olfecissem quăm ĭlle quicquam coeperet?
SY. vigilantiam tu͡am tu mihi narras? *DE.* sic siet
modo ŭt nunc est quaeso. *SY.* ut quisque suŏm volt esse itast.
DE. quid eum? vidistin hodie? *SY.* tu͡omne filium?
(abigam hunc rus.) iamdudum aliquid ruri agere arbitror.
DE. satĭn scis ibi esse? *SY.* oh qui egomet produxi. *DE.* optumest:
metui ne haereret hic. *SY.* atque iratum admodum.
DE. quid autem? *SY.* adortust iurgio fratrem apŭd forum
de psaltria ista[c]. *DE.* ain vero? *SY.* vah nil reticuit.
năm ŭt numerabatur forte argentum, intervenit
homŏ de inproviso: coepit clamare "[o] Aeschine,

384 quom *etiam Iul. Rufin. p.* 43, 16 *H. ut vid.* 388 qu. ĭstaec? iam *Phillimore* 389 ellam *Don.*: etiam *Fv*: est iam *cett.* 390 fi. flagitia P^2DGLEF^2v 391 facultas $ACP^1D^1LF^1$ (*recte?*) parva *A* (*corr. Iov.*), D^1 392 que *om. A* (*add. Iov.*) ac *om. A*: *an* ah? 395 il. futilis (-tt-) so. $C^2DGLEF^2v^2$ tu *om. AP* tu il. δ 397 -ret *etiam Priscian.* i. 500: -rit $ACPD^1LEF^1v^2$ 398 'id est, quam maxime scio' *Don.* 399 quisquis *DL* 401 DE. ab. . . SY. iam $DGLEv^1$ (*cum glossis CD*) hinc $P^1E^1F^2v^2$ 402 quem D^1GL^1pF *Don. ad* 560 (*ut vid.*) 404 est *om. A* est iur. γ: iur. est δ 405 ah *Bothe* (*cf.* 445)

haecin flagitia facere te ! haec te admittere
indigna genere nostro ! ” *DE.* oh lacrumo gaudio !
SY. “ non tu hoc argentum perdi’ sed vitam tuam.”
DE. salvos sit ! spero, est simili’ maiorum suom. *SY.* hui !
DE. Syre, praeceptorum plenust istorum ille. *SY.* phy !
domi habuit unde disceret. *DE.* fit sedulo :
nil praetermitto ; consuefacio ; denique
inspicere, tamquam in speculum, in vitas omnium
iubeo atque ex aliis sumere exemplum sibi :
“ hoc facito.” *SY.* recte sane. *DE.* “ hoc fugito.” *SY.* callide.
DE. “hoc laudist.” *SY.* istaec res est. *DE.* “hoc vitio datur.”
SY. probissime. *DE.* porro autem . . *SY.* non hercle otiumst
nunc mi auscultandi. piscis ex sententia
nactus sum : î mihi ne corrumpantur cautiost.
nam id nobis tam flagitiumst quam illa, Demea,
non facere vobis quae modo dixti ; et quod queo
conservis ad eundem istunc praecipio modum :
“ hoc salsumst, hoc adustumst, hoc lautumst parum ;
illud recte : iterum sic memento.” sedulo
moneo quae possum pro mea sapientia :
postremo, tamquam in speculum, in patinas, Demea,
inspicere iubeo et moneo quid facto usu’ sit.
inepta haec esse nos quae facimus sentio ;
verum quid facias ? ut homost ita morem geras.
numquid vis ? *DE.* mentem vobis meliorem dari.
SY. tu rus hinc ibi’ ? *DE.* recta. *SY.* nam quid tu hic agas,
ubi siquid bene praecipias nemo obtemperat ?—

409 gaudia *A* 412 plenus es *A* 415 invitast *A* : vitas Σ 416 exe.] simplum *A* (*corr. Iov.*) 417 facio *A* (*corr. Iov.*) 421 i *om. A* (*add. Iov.*) 422 quam] nam *A* (*corr. Iov.*) 424 ipsum *A* : illis *Iov.* (*cf.* 423 quae ?) : istum *GLp* 427 sententia *C*, *schol. D*, *EF*, *schol. v*, ϵ (*non Don.*) 429 siet Σ 430 quae nos fa. δ (*G* q. fa. n.) 433 abis γ recte Σ (*praeter* F^2) 434 -ret AG^1F^1, *Nonii codd.* 372 (*non Don. ad* 769 *ut vid.*)

DEMEA

ego vero hinc abeo, quando is quam ob rem huc veneram
rus abiit: illum curo unum, ille ad me attinet:
quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
sed quis ĭllic est procul quem video? estne Hegio
tribuli' noster? si sati' cerno is hĕrclest. vaha
homo amicu' nobis iam inde a puero (o di boni,
nĕ ĭlliu' modĭ iam magna nobis civium
paenuriast), homo ăntiqua virtute ac fide!
haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.
quam gaudeo! ubi etiam huiu' generi' reliquias
restare video, [v]ah vivere etiam nunc lubet.
opperiar hominem hic ut salutem et conloquar.

iv HEGIO DEMEA GETA (PAMPHILA)

HE. Pro dĭ ĭnmortales, facinus indignum, Geta!
quid narras! *GE.* sic est factum. *HE.* ex illan familia
tăm ĭnliberale facinus esse ortum! [o] Aeschine,
pol haud paternum istuc dedisti. *DE.* vidĕlicet
de psaltria hac audivit: id ĭlli nunc dolet
alieno, pater is nihili pendit. ei mihi!
utinam hic prope adesset alicubi atque audiret haec!
HE. nisi facient quaĕ ĭllos aequomst, haud sic auferent.
GE. in te spes omnis, Hegio, nobis sitast:
te solum habemu', tŭ ĕs patronu', tu pater:
ille tibi moriens nos commendavit senex:
si deseris tu periimus. *HE.* cavĕ dixeris:
neque faciam neque me sati' pie posse arbitror.

436 ad me att.] admeat *A* (*corr. Iov.*) 438 qu. vi. pr. *A* (*recte?*) (*corr. Iov.*) 439 tribunus *A* (*corr. Iov.*) bis *A* (*corr. Iov.*) *Ap*: he. est *cett.* vaha *GL*: vah *cett.* 440 o *AGLp*: *om. cett.* 441 ne] neque *A* (*corr. Iov.*) no. mag. *A* 448 q. n.] 'mirantis est, non interrogantis' *Don.* 449 fa. esse exortum *A*: fa. est (*i. e.* facinust?) ortum *Iov.* 452 is *etiam Don.*: eius *A*: est *Iov.* nihil D^1G 456 tu es pater $D^2EF\eta\epsilon$ parens *Don.* (*non Diomed.* 447) 457 *an* illic? 458 ca. dextris *A* (*corr. Iov.*) 459 me] id *A* (*corr. Iov.*) neque ĭd me *Kauer*

DE. adibo. salvere Hegionem plurumum
iubeo. *HE.* oh te quaerebam ipsum: salve, Demea.
DE. quid autem? *HE.* maior filius tuos Aeschinus,
quem fratri adoptandum dedisti, neque boni
neque liberalis functus officiumst viri.
DE. quid ĭstuc est? *HE.* nostrum amicum noras Simulum atque
aequalem. *DE.* quidni? *HE.* filiam eius virginem
vitiavit. *DE.* hem. *HE.* manĕ: nondum audisti, Demea,
quod est gravissimum. *DE.* an quid est etiam amplius?
HE. vero amplius; nam hoc quidĕm ferundum aliquo modost:
persuasit nox amor vinum adulescentia:
humanumst. ubi scit factum, ad matrem virginis
venit ipsus ultro lacrumans orans obsecrans
fidem dans, iurans sĕ ĭllam ducturum domum.
ignotumst tacitumst creditumst. virgo ex eo
compressu gravida factast (mensi' [hic] decumus est);
ill' bonu' vir nobis psaltriam, si dis placet,
paravit quicum vivat, illam deserit.
DE. pro certo tŭ ĭstaec dici'? *HE.* mater virginis
in mediost, ipsa virgo, res ipsa, hic Geta
praeterea, ut captus[es]t servolorum, non malus
neque iners: alit illas, solus omnem familiam
sustentat: hunc abduce vinci, quaere rem.
GE. immo hercle extorque, nisi ita factumst, Demea.
postremo non negabit: coram ipsum cedo.
DE. pudet: nec quid agam nec quid huic respondeam

464 fu. est off. *Iov. L* 465 HE. *om. A* atque *om. A* 467 etiam n. au. δ (*p* n. e. au.): n. e. audis (*ut vid.*) *Don.* 468 *A*: an quidem eti. est am. *p*: an quicquam est eti. am. *Iov.* γ (est *om. P*), D^2: an quicquam est am. D^1GL 469 al. mo. fer. est δ 475 hic dec. *etiam Lact. Plac. in Theb.* i. 576 477 deserat Σ (*praeter p*) 478 certon Σ 480 servorum *Ap Priscian.* i. 286, *Don. ut vid.* (*recte*?) malum *A* 481 *post* solus *dist. Iov.* (*non Don.*) 484 ipso Σ (*praeter* C^1P^1)

scio. (*PA. intus*) miseram me, differor doloribus!
Iuno Lucina, fer opem! serva me obsecro! *HE.* hem
numnam illa quaeso parturit? *GE.* certe, Hegio. *HE.* em
illaec fidem nunc vostram inplorat, Demea:
quod vos vis cogit id voluntate impetret.
haec primum ut fiant deōs quaeso ut vobis decet.
sin aliter animu' voster est, ego, Demea,
summa vi defendam hanc atque illum mortuom.
cognatu' mihi erat: una a pueris parvolis
sumus educ[a]ti; una semper militiae et domi
fuimus; paupertatem una pertulimus gravem.
quapropter nitar faciam experiar, denique
animam relinquam potiu' quăm ĭllas deseram.
quid mihi respondes? *DE.* fratrem conveniam, Hegio;
is quod mi de hac re dederit consilium id sequar.
HE. sed, Demea, hoc tu facito cum animo cogites:
quam vos facillime agiti', quam estis maxume
potentes dites fortunati nobiles,
tam maxume vos aequo animo aequa noscere
oportet, si vos volti' perhiberi probos.
DE. redito: fient quae fieri aequomst omnia.
HE. decet te facere. Geta, duc me intro ad Sostratam.—
DE. non mĕ ĭndicente haec fiunt: utinam hic sit modo
defunctum! verum nimia illaec licentia
profecto evadit in aliquod magnum malum.
ibo ac requiram fratrem ut in eum haec evomam.

488 *om.* D^1F^1 em] *vel* hem 489 v. nunc δε 490 ius *ex* vis *P*: vis *cett.* (*ex* ius *F*), *cf. Don.* 'vis igitur legum intellegitur' 491 nobis C^1E (*ex* vo.): nos *P* 492 v. an. est *DGL*ε: est v. an. *v* 494 -li $C^2P^2\delta EF^2v$ 497 enitar *DGL* 499[a] *om. A* (*add. Iov.*) is (*vel* id) *om.*, id *superscr. Iov.* id s. *ex* exequar *Iov.* (?) (*cf. Ph.* 461) 500 fa. tecum *schol. C*, P^2, *schol. D*, *schol. G*, *E*ηε gites *A* (*corr. Iov.*) 501 maxumi *ACPL* 506 me duc *D* intro *om.* γ 507 fient *A* (*recte*?) hic] hoc γ, *schol. D*, G^2L (*de Don. vix liquet*) 509 -dit *A*: -det Σ 510 ac *A*δ: et γ vomam *A*

Hegio v

Bono animo fac sis, Sostrata, et ĭstam quod potes
fac consolere. ego Micionem, si apŭd forumst,
conveniam atque ut res gestast narrabo ordine:
sĭ est facturus ut sit officium suom,
faciat; sin aliter de hac re est ei(u)s sententia,
respondeat mi, ut quid agam quam primum sciam.

ACTVS IV

Ctesipho Syrvs i

CT. Ain patrem hinc abisse rus? *SY.* iamdudum. *CT.* dic sodes. *SY.* apŭd villamst:
nunc quom maxume operis aliquid facere credo. *CT.* utinam quidem!
quod cum salute ei(u)s fiat, ita se defetigarit velim
ut triduo hoc perpetuo prorsum e lecto nequeat surgere.
SY. ita fiat, et ĭstoc siqui potis est rectiūs. *CT.* ita; nam hunc diem
misere nimi' cupio, ut coepi, perpetuom in laetitia degere.
et ĭllud rus nulla alia causa tam male odi nisi quia propest:
quod si abesset longius,
priu' nox oppressisset illi quam huc revorti posset iterum.
nunc ubi me illi[c] non videbit, iăm hŭc recurret, sat scio:

Sc. v *nulla nova scaena* γ 511–16 'hi sex versus in quibusdam non feruntur' *Don.* 512 ad fo. *Arusian.* 451 514 sit] est *L* 515 eius *om. A* 518 quom] autem $D^1GF^2v\eta^1$: eum $P^2D^2p^1$, *schol. E*, η^2: autem eum *L*: iam p^2 al. op. δ 519 -fat- *AL* (-ri) 520 prosum CP^1: prorsus $\delta E\eta\epsilon$ 521 siquid Σ 522 miser vivos *A* (nimis *superscr. Iov. ut vid.*) nimis *etiam Don.* ('abundat n.'): *om.* Σ (*troch. septenar.*) utut *A* (*corr. Iov.*), *schol. v* 525 illic *Iov.* Σ (*p* illum) posse *A* (*corr Iov.*)

rogitabit mĕ ubi fuerim: "ego hodie toto non vidi die."
quid dicam? *SY.* nilne in mentemst? *CT.* numquam quicquam. *SY.* tanto nequior.
cliens amicus hospes nemost vobis? *CT.* sunt: quid postea?
SY. hisce opera ut data sit? *CT.* quae non data sit? non potest fieri. *SY.* potest.
CT. interdius; sed si hic pernocto, causae quid dicam, Syre?
SY. vah quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari!
quin tu otiosus esto: ego illi(u)s sensum pulchre calleo.
quom fervit maxume, tam placidum quăm ovem reddo. *CT.* quomodo?
SY. laudarier te audit lubenter: facio te apud illum deum;
virtutes narro. *CT.* meăs? *SY.* tuas: homini ilico lacrumae cadunt
quasi puero gaudio. em tibi autem! *CT.* quidnamst? *SY.* lupus in fabula.
CT. pater est? *SY.* ipsust. *CT.* Syre, quid agimu'? *SY.* fuge modo intro; ego videro.
CT. siquid rogabit, nusquam tu me: audistin? *SY.* potin ut desinas?

ii DEMEA CTESIPHO SYRVS

DE. Nĕ ego homŏ sum infelix: primum fratrem nusquam invenio gentium;
praeterea autem, dŭm ĭllum quaero, a villa mercennarium

527 rogabit Σ fu. quem ego Σ 528 mente Σ (*praeter pη*[1]) 530 non datast *A* 531 -iu Σ 532 *Ctesiphoni continuant* D^2v^2 *Don.* 533 es *Iov.* Σ (*gloss.* esto) 534 -vet Σ (*non Don., Gramm.*) quam] quasi G^2, *schol. E* 538 -tĕr pa. adest γ, *schol. D* *vel troch. septenar.* ipsest *A* : ipsus est δ : ipsus γ 539 rogitabit D^1Lp 540 homo *om.* E^1 pr. *secl. G. Hermann* (*troch. septenar.*)

vidi : is filium negat esse rure. nec quid agam scio.
CT. Syre. *SY.* quid est ? *CT.* men quaerit ? *SY.* verum. *CT.* perii. *SY.* quin tu animo bono es.
DE. quid hŏc, malum, infelicitatis ? nequeo sati' decernere ;
nisi me credo huic esse natum rēī, ferundis miseriis.
primu' sentio mala nostra, primu' rescisco omnia,
primu' porro obnuntio, aegre solu' siquid fit fero.
SY. rideo hunc : primum âit se scire : is solu' nescit omnia.
DE. nunc redeo, si forte frater redierit viso. *CT.* Syre,
obsecro vidĕ nĕ ĭlle huc prorsu' se inruat. *SY.* etiam taces ?
ego cavebo. *CT.* numquam hercle ego hodie istuc committam tibi ;
nam me iăm ĭn cellam aliquam cŭm ĭlla concludam : id tutissimumst.
SY. age, tamen ego hŭnc amovebo.—*DE.* sed ĕccum sceleratum Syrum.
SY. non hercle hic qui volt durare quisquam, si sic fit, potest.
scire equidem volŏ quot mihi sint domini : quaĕ haĕc est miseria ?
DE. quid ĭlle gannit ? quid volt ? quid ais, bone vir ? est frater domi ?
SY. quid, malum, " bone vir " mihi narras ? equidem perii. *DE.* quid tibist ?
SY. rogitas ? Ctesipho me pugnis miserum et istam psaltriam
usque occidit. *DE.* hem quid narras ? *SY.* em vide ŭt discidit labrum.
DE. quăm ŏb rem ? *SY.* mĕ ĭnpulsore hanc emptam esse âit. *DE.* non tu êum rus hinc modo

542 rure *testatur Charis.* 142 : -ri ω 543 q. e.] quid agis (ais) *CPEFvε* 544 disc. $D^2E\epsilon$ 548 SY.] CT. *A* sese *p* is solusne scit o. *schol. D*, $v^1\epsilon^2$ 550 pr. huc se *DGL* : huc se pr. *v* tace *Iov. G* (*non Don.*) 551 ho. ego *A* : ego *om. p* 552 iam *om.* γ 554 qui volt *Nonius* 285 : quidem ω 555 *an* sient ? 556 garrit *gl. II* (*cf. schol.* 'vana loquitur'), *non Don., Eugr.* qu. agis *DGLE* 559 discīdit *male Don.* 560 ait esse *A* *an delend.* esse ? hinc modo *A* : hinc mihi δ : hinc vero ϵ^2 : hinc *celt.*

produxe ãibas? *SY.* factum; verum venit post insaniens:
nil pepercit. non puduisse verberare hominem senem!
quem ego modŏ puerum tantillum in manibu' gestavi meis.
DE. laudo: Ctesipho, patrissas: abĭ, virum te iudico.
SY. laudas? nĕ ĭlle continebit posthac, si sapiet, manus.
DE. fortiter! *SY.* perquam, quia miseram mulierem et me servolum,
qui referire non audebam, vicit: hui perfortiter.
DE. non potuit melius. idĕm quod ego sentit tĕ ĕsse huic rẽi caput.
sed ĕstne frater intu'? *SY.* non est. *DE.* ubi ĭllum inveniam cogito.
SY. scio ubi sit, verum hodie numquam monstrabo. *DE.* hem quid ais? *SY.* ita.
DE. dimminuetur tibi quidem iam cerebrum. *SY.* at nomen nescio
illi(u)s homini', sed locum novi ubi sit. *DE.* dic ergo locum.
SY. nostin porticum apŭd macellum hanc deõrsum? *DE.* quidni noverim?
SY. praeterito hac recta platea sursŭm: ubi eŏ veneris,
clivo' deõrsum vorsum est: hac te praecipitato. postea
est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.
DE. quodnam? *SY.* illi[c] ubi etiam caprificu' magna est. *DE.* novi. *SY.* hac pergito.
DE. id quidem angiportum non est pervium. *SY.* verum hercle. vah
censen hominem me esse? erravi: in porticum rursum redi:

561 post *om. A* 565 laudasne? il. *CP*, *schol. D*, *GLEF²vϵ* 567 referi *A* (*corr. Iov.*) 568 sentit *ex* senstit *A*: sensit Σ 569 inv. *A*: quaeram Σ 570 quid agis *CPGv*: qui ais *p* 571 tibi *om. p* iam qu. *DGL* 573 hanc *D¹LEv¹ϵ Don.* ('quia non est una'): hac *cett.* 574 sursus *Bentley* uui *A* (*corr. Iov.*) 575 vo. *om. A* (*non Priscian.* ii. 75): vorsus *pF*, *schol. v* te *om. A* 577 quonam *A*: quidnam *D¹v* m. e. nostin (nosti)? DE. novi *schol. C*, *δEF²vϵ* 579 me hom. *δE*

sane hac multo propius ibis et minŏr est erratio.
scin Cratini hui(u)s ditis aedis? *DE.* scio. *SY.* ubi eas praeterieris,
ad sinistram hac recta platea, ubi ad Dianae veneris,
ito ad dextram; priu' quam ad portam venias, apud ipsum lacum
est pistrilla et exadvorsum fabrica: ibist. *DE.* quid ibĭ facit?
SY. lectulos—in sole—ilignis pedibu' faciundos dedit.
DE. ubi poteti' vos: bene sane. sed cesso ad eum pergere?—
SY. i sane: ego te exercebo hodie, ut dignus es, silicernium.
Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur;
Ctesipho autem in amorest totus. ego iam prospiciam mihi:
nam iăm abibo atque unum quicquid, quod quidem erĭt bellissimum,
carpam et cyathos sorbilans paullatim hunc producam diem.

MICIO HEGIO iii

MI. Ego in hac re nil reperio quăm ŏb rem lauder tanto opere, Hegio:
meūm officium facio, quod peccatum a nobis ortumst corrigo.
nisi si me in illo credidisti esse hominum numero qui ita putant,
sibi fieri iniuriam ultro si quam fecere ipsi expostules,
et ultro accusant. id quia non est a me factum agi' gratias?
HE. ah minime: numquam te aliter atque es in animum induxi meum.
sed quaeso ut una mecum ad matrem virginis eăs, Micio,

583 locum $P^2DGLEF^1v\epsilon$ (*non Don.*) 584 pi. ei adv. *A* 585 -neis Σ (*vix Priscian.* i. 70) 586 DE. ubi . . SY. bene (*recte*) s. DE. sed $C^1P^1D^1pF$ (*om.* DE. *ante* ubi), v^1: ubi . . DE. bene (*recte*) s. sed *schol. C*, P^2D^2GLE, *schol. v*: *cf. Don.* 'incerta persona' recte sa. D^1GL 587 *vel ante vel post* sane *dist. Don.* 588 otiose δ, *schol. v*, ϵ^2 589 est in am. γ 590 adibo D^1LEF un. quidque *DGL* 591 sorbillans Σ 594 in] ex *Priscian.* ii. 245 (*recte*?) 595 -lant γ *Don.*: -lent δ *Priscian.* 596 -sent D^1GL id *etc.*] 'interrogatio' *Don.* 597 te *om.* D^1G^1L

atque istaec eadem quae mihi dixti tute dicas mulieri :
suspicionem hanc propter fratrem ei(u)s esse et illam psaltriam.
MI. si ita aequom censes aut si ita opus est facto, eamu'. *HE.* bene facis :
năm et illi⟨c⟩ animum iam relevabi', quae dolore ac miseria
tabescit, et tūo officio fueri' functu'. sed si aliter putas,
egomet narrabo quae mihi dixti. *MI.* immo ego ibo. *HE.* bene facis.
omnes, quibu' res sunt minu' secundae, mage sunt nescioquo modo
suspiciosi ; ad contumeliam omnia accipiunt magis ;
propter suam inpotentiam se semper credunt claudier.
quapropter tĕ ĭpsum purgare ipsi coram placabilius est.
MI. et recte et verum dici'. *HE.* sequere me ergo hac intro. *MI.* maxume.

iv AESCHINVS

Discrucior animi :
hocin de inproviso mali mihi obicĭ tantum
ut neque quid me faciam nec quid agam certu' siem !
membra metu debilia sunt ; animu' timore obstipuit ;
pectore consistere nil consilĭ quit.
vah
quo modo mĕ ĕx hac expediam turba ?
tanta nunc suspiciŏ de me incidit neque ea inmerito :

600 fr. esse eius esse il. *Bentley* eius se *A* (isse *effecit Iov.*) istam ϵ 601 si (*alt.*) *om. A* (*add. Iov.*) 602–4 ‘multa exemplaria non habent’ *Don.* (*om. propter homoeotel.* ?) 602 et *et* iam *om. A* (*add. Iov.*) iam *om. Lp* rell- *Bentley* 603 tuo off.] *abl. cas. testatur Arusian.* 474 604 dixisti *G* 605 omnibus *GL* 607 cl. *A Don.* (‘id est claudicare’) : neclegi *Iov.* Σ 608 ipsis *Iov.* Σ 610–17 *cantici versus ita incipiunt*, Di. Ut Mem. Pe. Quo Ta. So. Mi *A* : Di. Ho. Ut Mem. An. Pe. Quo Ta. So. *PF*ηϵ : Di. Ut Mem. Pe. Ta. So. *DGL* 610 -ōr 610a mihi mali *L* 611 qu. de me $C^2E^2F^2ϵ^2$ D^1G : certum siet *cett.* : certum est *Don.* (*recte* ?) (*dist. post* tantum) 612 *vix* debilitant (*intransit.*) 614 me *om. E*νηϵ (*non Arusian.* 471) 615 de me su. *p*

Sostrata credit mihi me psaltriam hănc emisse; id anus mi indicium fecit.

năm ut hĭnc forte ad obstetricem erat missa, ubi vidi, ilico
accedo, rogito Pamphilā quid agat, iam partus adsiet,
e͡on obstetricem accersat. illa exclamat "abi abi iam, Aeschine,
sati' diŭ dedisti verba, sat adhuc tua nos frustratast fides."
"hem quid ĭstuc obsecro" inquam "est?" "valeas, habeas illam quae placet."
sensi ilico id ĭllas suspicari, sed me reprehendi tamen
nequid de fratre garrulae illi dicerem ac fieret palam.

nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod minimest opus
usquam ecferri. ac mitto: fieri potis est ut nequa exeat:
ipsum id metuo ut credant. tot concurrunt veri similia:
egomet rapui ipse, egomet solvi argentum, ad mĕ ăbductast domum.
haec adeo meă culpa fateor fieri: non me hanc rem patri,
utut erat gesta, indicasse. exorassem ut eam ducerem.
cessatum usque adhuc est: iam porro, Aeschine, expergiscere!
nunc hoc primumst: ad ĭllas ibo ut purgem me; accedam ad fores.
perii! horresco semper ubi pultare hasce occipio miser.

618 nam id fo. *A* (*corr. Iov.*) ad AD^1G^1: ea ad *cett.* ubi eam vi. *A*: ubi vi. eam Σ: ubi vi. *et* hanc ubi vi. *Don.* 619 rogo D^1G^1 (*troch. septenar.*) 620 abi (*semel*) *A* 621 ve. nobis sa. *Iov.* Σ (*praeter v* nobis ve. sa.) 622 inquamst *A* 623 id] ad $Fv^1\epsilon^1$ 625 dicam *om. A* (*add. Iov.*) esse *om.* p^1 hanc] id C^1P: hanc id *schol. C*, *schol. D* opust *A* 626 ac] age γG: *om.* D^1 omitto *D* (*ex* am.), *G*, *schol. L*, $Ev\eta$ 629 fi. fa. δ (*G om.* fi.) 630 utut *etiam Don.*: ut (*semel*) Σ (*praeter Lp*) 631 iam *Iov. Don.*: nunc iam δ: nunc *cett.* 632 h. est pr. γ me ut pu. δ 633 hasce *om.* C^1F^1 mi.] fores *A*: fo. mi. $CPD^2pEF\epsilon$

heus heus Aeschinus ego sum : aperite aliquis actutum ostium.
prodit nescioquis : concedam huc.

V MICIO AESCHINVS

MI. Ita uti dixi, Sostrata,
facite ; ego Aeschinum conveniam, ut quomodo acta haec sunt sciat.
sed quis ostium hic pultavit ? *AE.* pater hercle est : perii. *MI.* Aeschine,
AE. quid huĭc hic negotist ? *MI.* tune has pepulisti fores ?
(tacēt. quor non ludo hunc aliquantisper ? melius est,
quandoquidem hoc numquam mihi ĭpse voluit credere.)
nil mihi respondes ? *AE.* non equidem istas, quod sciam.
MI. ita ? nam mirabar quid hĭc negoti esset tibi.
(erubuit : salva res est.) *AE.* dic sodes, pater,
tibi vero quid ĭstic est rei ? *MI.* nil mihi quidem.
amicu' quidam me a foro abduxit modo
huc—advocatum sibi. *AE.* quid ? *MI.* ego dicam tibi :
habitant hic quaedam mulieres pauperculae ;
ut opinor, e͡as non nosse te, et certo scio,
neque enĭm diu huc migrarunt. *AE.* quid tum postea ?
MI. virgo est cum matre. *AE.* perge. *MI.* haec virgo orbast patre ;
hic meus amicus illi genere est proxumus :
huic leges cogunt nubere hanc. *AE.* perii ! *MI.* quid est ?
AE. nil : recte : perge. *MI.* is venit ut secum avehat,
nam habitat Mileti. *AE.* hem virginem ut secum avehat ?

634 ego sum Ae. *DL* 635 *DGL* : ut *cett.* dixti *DGLEηe* (*non Don.*) 636 facito Σ (*non Don.*) haec ac. *DGL* Σ : sint (*ex* sunt) *A* 637 hoc Σ (*praeter L*) *A* : pulsavit Σ 640 Σ *Don.* : dicere *A* 641 instas *schol. C*, *schol. P*, $\delta EF^2 v\epsilon$ (*gloss.* interrogas) 644 rei est γD^2 648 eas AD^2Gp : has *cett.* 649 d. h. commigr. Σ : h. d. commigr. *Don.* (?) 653 MI. re. AE. pe. GL^2E (*non Don.*) pe. re. C^1 654 *om.* D^1 *an* nām habet ? vehat *A* (*corr. Iov.*)

MI. sic est. *AE.* Miletum usque obsecro? *MI.* ita. *AE.* animo malest.
quid ĭpsae? quid aiunt? *MI.* quid ĭllas censes? nil enim.
commenta mater est esse ex alio viro
nescioquo puerum natum, neque eum nominat;
priorem esse illum, non oportere huic dari.
AE. eho nonne haec iusta tibi videntur postea?
MI. non. *AE.* obsecro non? an ĭllam hinc abducet, pater?
MI. quid ĭllam nĭ ăbducat? *AE.* factum a vobis duriter
inmisericorditerque atque etiam, si est, pater,
dicendum magis aperte, inliberaliter.
MI. quăm ŏb rem? *AE.* rogas me? quid ĭlli tandem creditis
fore animi misero quĭ ĭllam consuevit prior,
qui infelix haud scio an ĭllam misere nunc amet,
quom hanc sibi videbit praesens praesenti eripi,
abduci ab oculis? facinus indignum, pater!
MI. qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
quoi quando nupsit? auctor his rebus quis est?
quor duxit alienam? *AE.* an sedere oportuit
domĭ virginem tam grandem dum cognatus huc
illim veniret exspectantem? haec, mi pater,
te dicere aequom fuit et id defendere.
MI. ridiculum! advorsumne illum causam dicerem
quoi veneram advocatu'? sed quid ĭsta, Aeschine,
nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?

656 qu. ip. ai. *D*¹*GL* istas Σ 660 videtur *A* (*corr. Iov.*) 666 qui *A* : qui cum Σ *Serv. auct. Aen.* iv. 408 illam *Don.* ('dicebant veteres hanc rem consuevi'): illa ω *Arusian.* 460 (*om.* cum) prius γ*D*² 667 amat γ*D*² 668 -ntem *Serv. Aen.* iv. 83 670 qui desp. *AD*¹ 671 *vel* îs (*A*) qui est *CPF*¹*v* 673 hinc *Don.* 674 *gl. I*: illinc ω *Don.* expectatum *D*¹ 676 -cule (*voc. cas.*) *Don.* advorsum me il. *D*¹ dicere *D* 677 istic *A* : istaec *L*

quid lacrumas? *AE.* pater, obsecro, ausculta. *MI.* Aeschine, audivi omnia
et scio; nam tĕ amo, quo mage quaĕ agi' curae sunt mihi.
AE. ita velim me promerentem ames dum vivas, mi pater,
ut me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet
et me tuĭ pudet. *MI.* credo hercle, nam ingenium novi tuom
liberale; sed vereor ne indiligens nimium sies.
in qua civitate tandem te arbitrare vivere?
virginem vitiasti quam te non ius fuerat tangere.
iăm ĭd peccatum primum sane magnum, at humanum tamen:
fecere alii saepe item boni. at postquam id ĕvenit, cedo
numquid circumspexti? aut numquid tute prospexti tibi
quid fieret, qua fieret? si te mi ipsum puduit proloqui,
qua resciscerem? haec dum dubitas, menses abierunt decem.
prodidisti te et ĭllam miseram et gnatum, quod quidem ĭn te fuit.
quid? credebas dormienti haec tibi confecturos deos?
et ĭllam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
nolim ceterarum rerum te socordem e͡odem modo.
bono animo es, duces uxorem. *AE.* hem. *MI.* bono animo es inquam. *AE.* pater,
obsecro, nunc ludi' tu mē? *MI.* ego te? quăm ŏb rem? *AE.* nescio:
quia tam misere hoc esse cupio verum, eo vereor magis.
MI. abĭ domum ac de͡os conprecare ut uxorem accersas: abi.

679 audi *A* (*vix pro* audio) 681 o mi *γp* 682 in me *om.* D^1p (*non Don.*) 684 indulgens D^1L 686 ius non Σ 687 iam] nam *Eε* sane *supra* primum *A ut vid.* : *om. cett.* (*nisi quod supra* magnum *rasura est in P*) ⟨ma.⟩ ma. *edd.* at *om. p* 688 venit *A* (*corr. man.* 2) 690 prol.] dicere Σ 692 γD^2: pr. et te et *cett.*, *Don. ad* 458 693 quid cr.] 'incerta distinctio' *Don.* 695 nollem D^1Gp (nolem) 696 ux. hanc Σ est *A* (*corr. Iov.*), C^1 697 *A Don ut vid.* : num l. tu me *Diomed.* 346 : num l. nunc tu me δ : num l. tu nunc me γ (*praeter E* num l. tu michi nunc) te *om.* PF^1 (*non Don.*) 698 ideo γ 699 ac] ad *Iov.*

AE. quid? iăm ŭxorem? *MI.* iam. *AE.* iam? *MI.* iam quantum potest. *AE.* di me, pater,
omnes oderint ni mage te quam oculos nunc ego amo meos.
MI. quid? quam illam? *AE.* aeque. *MI.* perbenigne. *AE.* quid? ĭlle ubist Milesius?
MI. periit abiit navem escendit. sed quor cessas? *AE.* abĭ, pater,
tu potius dēōs conprecare; nam tibi ēōs certo scio,
quo vir melior multo es quăm ego, obtemperaturos magis.
MI. ego eo intro ut quae opu' sunt parentur: tu fac ŭt dixi, si sapis.—

AE. quid hŏc est negoti? hoc est patrem esse aut hoc est filium esse?
si frater aut sodalis esset, qui mage morem gereret?
hic non amandus, hicine non gestandus in sinust? hem.
itaque adeo magnam mi iniicit sūā commoditate curam
nĕ ĭnprudens forte faciam quod nolit: sciens cavebo.
sed cesso ire intro, ne morae mēīs nuptiis egomet siem?

Demea vi

DE. Defessu' sum ambulando: ut, Syre, te cum tua
monstratione magnu' perdat Iuppiter!
perreptavi usque omne oppidum: ad portam, ad lacum,
quo non? neque ĭlli fabrica ulla erat nec fratrem homo
vidisse se aibat quisquam. nunc vero domi
certum obsidere est usque donec redierit.

700 qu. iamne ux. ducam Σ (*praeter* D^1 du. *om.*) pote (?) *Don.*: potes *AδFvηε* 701 ego *om. AL* 702 quicquam illam *A* qu. il.? ub. *Phillimore* 703 ab. per. n. as. γ: n. as. ab. per. δ *vix* perii (*cf. Don.*) esc. AC^1P^1: asc. *cett.* 704 certe γD^2 706 *secl. Don.* eo] ibo δ *Priscian.* ii. 119 707 *nulla nova scaena* ω 709 am. est *Iov.* δ: *vel* amandust 710 -iec- ω (*praes.*; *cf. Praef.*) 711 i. fo. *CPFv*, *schol. E*, *schol.* η: fo. i. *cett.* fo. *om.* $E^1\eta^1\epsilon$ id fa. δ 716 nec fa. i. γ (*praeter* ε), *p* ull. er. il. ε illic *Iov.* Σ

vii MICIO DEMEA

MI. Ibo, illis dicam nullam esse in nobis moram.
DE. sed ĕccum ipsum. te iamdudum quaero, Micio.
MI. quidnam? *DE.* fero alia flagitia ad te ingentia
boni illi(u)s adulescentis. *MI.* ecce autem! *DE.* nova,
capitalia. *MI.* ohe iam. *DE.* ah nescis qui vir sit. *MI.* scio.
DE. ah stulte, tu de psaltria me somnias
agere: hoc peccatum in virginemst civem. *MI.* scio.
DE. oho scis et patere? *MI.* quidni patiar? *DE.* dic mihi,
non clamas? non insanis? *MI.* non: malim quidem . .
DE. puĕr natust. *MI.* di bene vortant! *DE.* virgo nil habet.
MI. audivi. *DE.* et ducenda indotatast. *MI.* scilicet.
DE. quid nunc futurumst? *MI.* id enĭm quod res ipsa fert:
illinc huc transferetur virgo. *DE.* o Iuppiter,
istocin pacto oportet? *MI.* quid faciam amplius?
DE. quid facias? si non ipsa re tibi ĭstuc dolet,
simulare certe est homini'. *MI.* quin iam virginem
despondi; res compositast; fiunt nuptiae;
dempsi metum omnem: haec mage sunt homini'. *DE.* ceterum
placet tibi factum, Micio? *MI.* non, si queam
mutare. nunc quom non queo, animo aequo fero.
ita vitast hominum quasi quom ludas tesseris:
si illud quod maxume opus est iactu non cadit,

Sc. vii *nulla nova scaena DGLEηε* 723 eho *A* (*corr. Iov.*) ah *om. A* siet δ 724 o st. *A* (*corr. Iov.*) 726 eho Σ (*p* heo) 727 DE. ma. qu. *Don.* 728 p. natus *A*: p. natus est *Iov.* γ: p. est natus δ 733 fa. rogitas Σ (*p* rogita) 736 me.; omnia p^2 738 id mu. *A* (*i.e.* qu. id 737, mu. 738?) ae. an. f. Σ (*F* an. f. ae.) 740 opus . . cad.] 'incerta distinctio' *Don.*

illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
DE. corrector! nemp' tua arte viginti minae
pro psaltria periere: quae quantum potest
aliquo abiciundast, si non pretio at gratiis.
MI. neque est neque illam sane studeo vendere.
DE. quid igitur facies? *MI.* domi erit. *DE.* pro divom fidem!
meretrix et materfamilias una in domo?
MI. quor non? *DE.* sanum te credis esse? *MI.* equidem arbitror.
DE. ita me dĭ ament, ut video tuam ego ineptiam,
facturum credo ut habeas quicum cantites.
MI. quor non? *DE.* et nova nupta eadem haec discet? *MI.* scilicet.
DE. tŭ ĭnter eas restim ductans saltabis? *MI.* probe.
DE. probe? *MI.* et tu nobiscum una, si opu' sit. *DE.* ei mihi!
non te haec pudent? *MI.* iam vero omitte, Demea,
tuam istanc iracundiam atque ita uti decet
hilarum ac lubentem fac te gnati in nuptiis.
ego hos convenio, post huc redeo.—*DE.* o Iuppiter,
hancin vitam! hoscin mores! hanc dementiam!
uxor sine dote veniet; intu' psaltriast;
domu' sumptuosa; adulescens luxu perditus;
senex delirans. ipsa si cupiat Salus,
servare prorsu' non potest hanc familiam.

742 tu *Iov.* E^1 arte] certe E^1, *schol. G* 744 at *Iov. p*: *om. A*: at vel *G*: vel *cett.* 745 il. *emphatice* 746 facias $\gamma D^2 G$ deum *Iov.* δ 747 fa. erit una *Iov.* Σ (*praeter p* fa. u. e.) 748 sanumne $\gamma D^2 L$ 749 di bene am. *A* (*recte*?) ego tuam *A ante corr.*, δ (*recte*?) 750 cantices *A* (*corr. Iov.*) 751 et] ut $D^1 G^1 v$ haec ead. δ haec *om.* ε 753 DE. pr. MI. *om.* γ, *schol. D, GL* 755 istam *A*δ ut $D^1 G$ 756 hilarem $DGL^2 F$ at lub. P^1: ut l. *F* facete *GLp* in gn. nu. γ*DL* in *om. AG* 757 conveniam *Iov.* Σ: -nibo (*cum* ego hŏs) *Phillimore* 760 su. est $G^1 p^1 E$ 762 h. f. n. p. *EF*ηε poterit EF^2ηε

ACTVS V

i SYRVS DEMEA

SY. Edepol, Syrisce, te curasti molliter
lauteque munus administrasti tuom:
abĭ. sed postquam intu' sum omnium rerum satur,
prodeambulare huc lubitum est. *DE.* illud sis vide:
exemplum disciplinae! *SY.* ecce autem hic adest
senĕx noster. quid fit? quid tu es tristis? *DE.* oh scelus!
SY. ohe iam! tu verba fundis hic, Sapientia?
DE. tun si meus esses, *SY.* dis quidem esses, Demea,
ac tuam rem constabilisses. *DE.* exempla omnibus
curarem ut esses. *SY.* quăm ŏb rem? quid feci? *DE.* rogas?
in ipsa turba atque in peccato maxumo,
quod vix sedatum satis est, potatis, scelus,
quasi re bene gesta. *SY.* sane nollem huc exitum.

ii DROMO SYRVS DEMEA

DR. Heus Syre, rogat te Ctesipho ut redeas. *SY.* abi.—
DE. quid Ctesiphonem hic narrat? *SY.* nil. *DE.* eho carnufex,
est Ctesipho intu'? *SY.* non est. *DE.* quor hic nominat?
SY. est aliu' quidam, parasitaster paullulus:
nostin? *DE.* iam scibo. *SY.* quid agi'? quŏ abis? *DE.* mitte me.

765 abi *om. A* (*non Don.*): *add. Iov. in fine* 764: *an extra versum ponend.*? re. om. *DGL* 766 porro deamb. *GE* hic *ex* huc *Iov.* libitum est *Iov.* Σ: libuit *A* 767 *vel* -nai 769 eho *CP*D^2*EF*η fundes δ *Don. ut vid.* Sap.] *cf.* 394 sap. hic *DGL* 770 tu *Gp*η^2 771 *A*: -plum Σ: -plo *Bentley* 774 *Iov.*: potis *A*: potestati $L^1\eta^1\epsilon^1$: potasti *cett.*: *pluraliter Don.* 775 D^1G: hunc *cett.* 776 heus heus *DGLv* 780 scio *A* quid ais *F*ηε

SY. noli inquam. *DE.* non manum abstines, mastigia?
an tibi iam mavis cerebrum dispergam hic? *SY.* abît.—
edepol comissatorem haud sane commodum,
praesertim Ctesiphoni! quid ego nunc agam?
nisi, dum haec silescunt turbae, interea in angulum
aliquo abeam atque edormiscam hoc villi: sic agam.

MICIO DEMEA iii

MI. Parata a nobis sunt, ita ŭt dixi, Sostrata:
ubi vis . . quisnam a me pepulit tam graviter fores?
DE. ei mihi! quid faciam? quid agam? quid clamem aut querar?
"o caelum, o terra, o maria Neptuni!" *MI.* em tibi!
rescivit omnem rem: id nunc clamat: ilicet;
paratae lites: succurrendumst. *DE.* eccum adest
communi' corruptela nostrum liberum.
MI. tandem reprime iracundiam atque ad te redi.
DE. repressi redii, mitto maledicta omnia:
rĕm ĭpsam putemu'. dictum hoc inter nos fuit
(ex tĕ adeo ortumst) ne tu curares meum
neve ego tuom? responde. *MI.* factumst, non nego.
DE. quor nunc apud te potat? quor recipis meum?
quor emis amicam, Micio? numqui minus
mihi idem ius aequomst esse? quid mecumst tibi?
quando ego tuom non curo, ne cura meum.
MI. non aequom dici'. *DE.* non? *MI.* nam vetu' verbum hoc quidemst,

781 SY. *om. A* (*add. Iov.*) manus $D^2EF\eta\epsilon$ (*non Priscian.* ii. 299) 782 iam *om.* γ dispergi Σ (*ex* -ge *CLF*) ab.] *perfect. etiam Don.* 786 villis *A* (*de Iov. non liquet*): vini $CPD^2p^2F^1\eta\epsilon$ *Arusian.* 472 (*non Don., Priscian.*) 787 dixti $DLEF^2\eta\epsilon$ (*non Don.*) 789 quid agam *om.* γ 791 clamitat *L* scilicet γGL^2: licet *Dp* (*non Serv. auct. Aen.* ii. 424) 794 *an versus tragicus* (*indidem unde* 790)? 797 ad. exortum est *Iov.* δv: ad. est o. *A* curasses *L* 800 numquid *Iov.* Σ (*non Don.*) 801 *Ap*: quam D^1F: quod *cett.* 803 DE. *del. Don.* (*recte*?) DE. non? MI. non nam *Iov. p* iam *E* hoc *om.* ϵ

communia esse amicorum inter se omnia.
DE. facete! nunc demum istaec nata oratiost?
MI. ausculta paucis nisi molestumst, Demea.
principio, si id te mordet, sumptum filii
quem faciunt, quaeso hoc facito tecum cogites:
tŭ ĭllos duo olim pro re tolerabas tua,
quod sati' putabas tua bona ambobus fore,
et me tum uxorem credidisti scilicet
ducturum. e͡andem illam rationem antiquam optine:
conserva quaere parce, fac quam plurumum
illis relinquas, gloriam tŭ ĭstam optine.
mea, quae praeter spem evenere, utantur sine.
de summa nil decedet: quod hĭnc accesserit
id de lucro putato esse omne. haec si voles
in animo vere cogitare, Demea,
et mihi et tibi et illis dempseris molestiam.
DE. mitto rem: consuetudinem amborum . . *MI.* mane:
scio; istuc ibam. multa in homine, Demea,
signa insunt ex quibu' coniectura facile fit,
duo quŏm idem faciunt saepe, ut possis dicere
"hoc licet inpune facere huic, illi non licet",
non quo dissimili' res sit sed quŏ ĭs qui facit.
quaĕ ego inesse illis video, ut confidam fore
ita ŭt volumu'. video [e͡os] sapere intellegere, in loco
vereri, inter se amare: scire est liberum

804 se *om. A* (*add. Iov.*) 806 *vix* pauca (*cf. ad Andr.* 536) 807-8 sumptus f. quos *Probus* 30, 4? 808 *A* : fa. hoc δη : fa. haec γD^2 809 duos *Iov.* Σ ol. duos *DGL* $A\delta F^2$: tollebas *cett.* 814 *A* (tibi *add. Iov. post* opt.), δ : istanc tibi o. γD^2 (istam $D^2 v$) : istanc tibi *Bentley* (*sed cf.* 852) 815 *ita etiam Arusian.* 514 : quia pr. sp. evenit *Priscian.* ii. 138 'aliter quae propter sp. ev. p(riscianus) d(e) c(onstructione)' *male schol. D* (*marg.*) venere *p* 816 decedit *A* : decidet $P^2 p^2 F^2$ 817 omnia Σ 819 et (*prius*) *in fine* 818 *collocand.*? 820 *A* : ipsorum *Iov.* Σ (*recte*? *cf. Don.* 'transit a rebus ad illos ipsos') 823 'melius est saepe ad superiora coniungere' *Don.*, *item dist. Iov.* 824 huic li. δ fa. inp. *EF*ηε hoc il. *GLp* 825 non quod Σ sed quod Σ (*praeter G*) 826 *A* : in illis esse vi. Σ (*praeter p* illis esse invideo) 827 eos *om. A* (*cf. Priscian.*?) 827-8 'non in l. int. sed in l. ver.' *Don.* 828 sc. et *A* (*corr. Iov.*) : sc. $E^2 v$

ingenium atque animum: quovis illos tu die
redducas. at enĭm metuas nĕ ăb re sint tamen
omissiores paullo. o noster Demea,
ad omnia alia aetate sapimus rectius;
solum unum hoc vitium adfert senectus hominibus:
adtentiores sumus ad rem omnes quam sat est:
quod ĭllos sat aetas acuet. *DE.* ne nimium modo
bonae tuae istae nos rationes, Micio,
et tuos iste animus aequo' subvortat. *MI.* tace:
non fiet. mitte iăm ĭstaec; da te hodie mihi:
exporge frontem. *DE.* scilicet ita tempu' fert:
faciundumst. ceterum ego rus cras cum filio
cum primo luci ibo hinc. *MI.* de nocte censeo:
hodie modo hilarum te face. *DE.* et ĭstam psaltriam
una illuc mecum hinc abstraham. *MI.* pugnaveris:
eŏ pacto prorsum illi adligaris filium.
modo facito ut illam serves. *DE.* ego ĭstuc videro,
atque ibi favillae plena, fumi ac pollinis
coquendo sit faxo et molendo; praeter haec
meridie ipso faciam ut stipulam colligat:
tăm ĕxcoctam reddam atque atram quam carbost. *MI.* placet:
nunc mihi videre sapere. atque equidem filium
tum, etiam si nolit, cogam ut cŭm ĭlla una cubet.
DE. derides? fortunatu's qui isto animo sies.
ego sentio . . *MI.* ah pergisne? *DE.* iam iam desino.

833 sen. a. γ 837 -ant Σ (*praeter* p^1): -it (*et* -at) *Don.* 840 ego *om. Iov.* Σ cras *om.* γ 841 pr. lu. *etiam Don.* ('veteres dicebant, lucum pro sole ponentes'!): pr. luce *Iov.*: prima luce Σ (*praeter* ϵ lu. pr.) immo de *schol. C*, $P^2DGpEF^2v\eta$: immo ego de *L* 842 *Lpv*: fac te *A*: te fac *cett.* 844 prorsus $pE^2F^2\epsilon^2$ illic *Iov.* Σ 845 'acuendum illam' *Don.* istoc $E\eta$ 846 atque *in fine* 845 *Bentley* illi *ex* ibi CP^2D: illi $pE\eta\epsilon$: illi *ex* illa *F*: illa *G*: illa *ex* illi *v*: ubi *L*: *spectavitne illud* illi *revera ad* 844? plenam D^1p^1 (*recte*?) 847 praeterhac *Engelbrecht* 850 DE. atque $ACP^1LE^1Fv^1\eta$ (*non Don.*) 851 tuum D^1GpE^2 cogas $D^2GpE^2v^1$ 852 MI. der. AL^1v^1 DE. for. Av^1 istoc Σ 853 DE. ego *L* ah *del. Iov.* *aliter* desine η

MI. ĭ ĕrgo intro, et quoi rēīst ēī rēī [hilarum] hunc sumamus diem.

iv DEMEA

Numquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit
quin res aetas usu' semper aliquid adportet novi,
aliquid moneat: ut ĭlla quae te scisse credas nescias,
et quae tibi putaris prima, in experiundo ut repudies.
quod nunc mi evenit; nam ego vitam duram quam vixi usque adhuc
iam decurso spatio omitto. id quăm ŏb rem? re ipsa repperi
facilitate nil esse homini meliu' neque clementia.
id ĕsse verum ex mĕ ătque ex fratre quoivis facilest noscere.
ill' sūām semper egit vitam in otio, in conviviis,
clemens placidu', nulli laedere os, adridere omnibus;
sibi vixit, sibi sumptum fecit: omnes bene dicunt, amant.
ego ĭlle agresti' saevo' tristi' parcu' truculentus tenax
duxi uxorem: quam ibi miseriam vidi! nati filii,
alia cura. heia autem, dum studeo illis ut quam plurumum
facerem, contrivi in quaerundo vitam atque aetatem meam:
nunc exacta aetate hoc fructi pro labore ab eis fero,
odium; ille alter sine labore patria potitur commoda.
illum amant, me fugitant; illi credunt consilia omnia,
illum diligunt, apud illum sunt ambo, ego desertu' sum;
illum ut vivat optant, meam autem mortem exspectant scilicet.
ita eos meŏ labore eductos maxumo hic fecit suos

854 MI. *del. Kauer* et] ut pF^1 quod res est *A* (*corr. Iov.*): cui rei opus est $\delta Ev\eta$: cui rei e. o. *schol. P*, F^2 ei rei *del.* F^2 hil. *Iov.*: hilarem $\delta EF^2\eta$: *om. cett.* sumam *v* 857 scire γ 858 putares DGL^1 ut *om.* γD^2 859 *an* mihi venit? 860 decurso iam (*om.* prope?) *Priscian.* (dec. *etiam gl. I*; *cf. Don.* 'prope ipsos decursus metasque vivendi'): prope iam excurso ω mitto $CEFv\eta$ 863 se. gessit vi. *DGL*: egit se. vi. *p* 868 cura] *vel* lucra *v* heia] porro γD^2 plurimi *p* 875 meo *om.* EF^1 edicatos *A* (*corr. Iov.*): edoctos C^1D maxime $DG\epsilon$

paullo sumptu : miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
age age, nunciam experiamur contra ecquid ego possiem
blande dicere aut benigne facere, quando hoc provocat.
ego quoque a meis me amari et magni pendi postulo :
si id fit dando atque obsequendo, non posteriores feram.
deerit : id meă minime refert qui sum natu maxumus.

SYRVS DEMEA v

SY. Heus Demea, orat frater ne abeas longius.
DE. quis homo? o Syre noster, salve : quid fit? quid agitur?
SY. recte. *DE.* optumest. (iam nunc haec tria primum addidi
praeter naturam : "o noster, quid fit? quid agitur?")
servom haud inliberalem praebes te et tibi
lubens bene faxim. *SY.* gratiam habeo. *DE.* atqui, Syre,
hoc verumst et ĭpsa re experiere propediem.

GETA DEMEA ⟨SYRVS⟩ vi

GE. Era, ego huc ad hos proviso quam mox virginem
accersant. sed ĕccum Demeam. salvos sies.
DE. o qui vocare? *GE.* Geta. *DE.* Geta, hominem maxumi
preti te esse hodie iudicavi animo meo.
năm ĭs mihi profectost servo' spectatus satis
quoi dominu' curaest, ita uti tibi sensi, Geta,

876 *Iov.* Σ (-dio *pF*) : commoda *A* (*non Gramm.*) 877 iam *om.* *γG* exp. porro co. *A* (*corr. Iov.*), *p* a. a. nunc porro exp. contra *Sydow* possim *Iov. DLpv* 878 hoc (*i. e.* huc)] eo *γ*D^2*L* : huc D^1*Gp* 879 pe. *Iov.* Σ *Don.* (?) : fieri *A* 880 posthec non po. fe. *pv* 881 derit *Iov.* Sc. v *nulla nova scaena γ* (*praeter v*) 882 heus heus *L* *A* : rogat Σ 883 ho. est *Iov. δEη*, *schol. C*, *schol. F* 884 optumum est *G* 888 *vel* reapse Sc. vi *nulla nova scaena v* 889 hinc C^2D^2*LEvη* ad vos *A* (*corr. Iov.*) provisam *γL* 892 *Aδ* : esse te *γ* iud. hod. *Iov.* (!), *DGL* in an. *schol. D, F* 893 est pro. Σ 894 ut Σ

et tibi ob eam rem, siquid usus venerit,
lubens bene faxim. (meditor esse adfabilis,
et bene procedit.) *GE.* bonus es quŏm haĕc existumas.
DE. paullatim plebem primulum facio meam.

vii AESCHINVS DEMEA SYRVS GETA

AE. Occidunt mequidem dum nimi' sanctas nuptias
studĕnt facere: in adparando consumunt diem.
DE. quid agitur, Aeschine? *AE.* ehĕm, pater mi, tŭ hĭc eras?
DE. tuos hercle vero et animo et natura pater,
qui tĕ amat plus quam hosce oculos. sed quor non domum
uxorem accersi'? *AE.* cupio; verum hoc mihi moraest,
tibicina et hymenaeum qui cantent. *DE.* eho
vin tu huic seni auscultare? *AE.* quid? *DE.* missa haec face,
hymenaeum turbas lampadas tibicinas,
atque hanc in horto maceriam iubĕ dirui
quantum potest: hac transfer: unam fac domum;
transduce et matrem et familiam omnem ad nos. *AE.* placet,
pater lepidissime. *DE.* (euge! iam lepidus vocor.
fratri aedes fient perviae, turbam domum
adducet, [et] sumptu amittet multa: quid mea?
ego lepidus ineo gratiam. iubĕ nunciam
dinumeret illi Babylo viginti minas.)
Syre, cessas ire ac facere? *SY.* quid ago? *DE.* dirue.

895 quis L^2 898 facito P^1F 899 me equid. *A* 900 a. totum cons. Σ 901 tun Σ (*praeter* v^1) 904 ux. quaeso a. γ (qu. ux. a. *E*), L^2p morast *A* (*corr. Iov.*) 905 cantet *DG*: canat γ 906 haec] istaec *A* (*corr. Iov.*), δ (D^2 haec) 907 tu. h. γ turbam γ*D* (*non Serv. auct. Aen.* x. 432) -das Σ: -des *A* 909 potes P^2GLp hanc *p* 910 trad- *Ap* 912 fratris *Iov.* Σ ('fratri elegantius quam fratris' *Don.*) 913 et *del. Iov.* sumptu *G*: -um *cett.* adm. $C^2P^2EFv^1\eta$ meam *p* 915 *deficit A* (*cf. Praef.*) illi *p Don.*: ille *cett.* (*pro* illae?): *an* illic (*nom.*) (*cf. ad Eun.* 12??) babilo *DLEv*: babillo *G* illi babulo (*i. e. Syro*) *Kauer* (*contra Don.* 'Babylonem fratrem ob nimiam liberalitatem vocat'; *cf.* 816) 916 ago γ (*praeter* F^1), *Lp*: ego *cett.*

tu ĭllas abi et transduce. *GE.* di tibi, Demea,
bene faciant, quom te video nostrae familiae
tăm ĕx animo factum velle. *DE.* dignos arbitror.—
quid tŭ ais? *AE.* sic opinor. *DE.* multo rectiust
quăm ĭllam puerperam hac nunc duci per viam
aegrotam. *AE.* nil enĭm meliu' vidi, mi pater.
DE. sic soleo. sed ĕccum Micio egreditur foras.

MICIO DEMEA AESCHINVS viii

MI. Iubĕt frater? ubi is est? tu[n] iubes hoc, Demea?
DE. ego vero iubeo et hac re et aliis omnibus
quam maxume unam facere nos hanc familiam,
colere adiuvare adiungere. *AE.* ita quaeso, pater.
MI. haud aliter censeo. *DE.* immo hercle ita nobis decet.
primum hui(u)s uxorist mater. *MI.* est. quid postea?
DE. proba et modesta. *MI.* ita aiunt. *DE.* natu grandior.
MI. sciŏ. *DE.* parere iamdiu haec per annos non potest;
nec qui ĕam respiciat quisquam est: solast. *MI.* quăm hĭc rem agit?
DE. hanc te aequomst ducere, et te operam ut fiat dare.
MI. me ducere autem? *DE.* te. *MI.* me? *DE.* tĕ ĭnquam. *MI.* ineptis. *DE.* si tu sis homo,
hic faciat. *AE.* mi pater! *MI.* quid tŭ aŭtem huic, asine, auscultas? *DE.* nil agis:
fieri aliter non potest. *MI.* deliras. *AE.* sine te exorem, mi pater.
MI. insanis: aufer. *DE.* age, da veniam filio. *MI.* satĭn sanus es?

917 et] ac δ 920 agis *Cv* 921 hac *CPD*^{2} *L*^{2}: hanc *D*^{1}*GL*^{1}*pFv* 922 vi. mel. *AC* 924 tu *Don. ut vid.*: tune γD^2: tuni *G* 929 *Arusian.* 494: hu. uxoris est Σ (*praeter L* uxori hu. est) MI. qu. po. γG 932 recipiat *GEF*^{2}*v*^{1} 934 -ptis *etiam Don.* 935 autem *om. CPEF* 937 aufer *Don.* ('aut te aut manum'): *om.* Σ ven. quaeso fi. $\gamma D^2 p$

ego novo' maritus anno demum quinto et sexagensumo
fiam atque anum decrepitam ducam? idne estis auctores mihi?
AE. fac⟨e⟩: promisi ego ĭllis. *MI.* promisti autem? de te largitor, puer.
DE. age, quid siquid te maius oret? *MI.* quasi non hoc sit maxumum.
DE. da veniam. *AE.* ne gravare. *DE.* fac, promitte. *MI.* non omittitis?
AE. non, nisi te exorem. *MI.* vis est haec quidem. *DE.* age prolixe, Micio.
MI. etsi hoc mihi pravom ineptum absurdum atque alienum a vita mea
videtur, si vos tanto opere istuc volti', fiat. *AE.* bene facis.
merito tĕ amo. *DE.* verum . . (quid ego dicam, hoc quom confit quod volo?)
MI. quid nunc quod restat? *DE.* Hegiō—est his cognatu' proxumus
adfini' nobis, pauper: bene nos aliquid facere illi decet.
MI. quid facere? *DE.* agellist hic sub urbe paullum quod locitas foras:
huic demu' qui fruatur. *MI.* paullum id autemst? *DE.* si multumst, tamen
faciundumst: pro patre huic est, bonus est, noster est; recte datur.
postremo non meum illud verbum facio quod tu, Micio,

940 promisisti au. Σ 941 hoc non *γ* 942 gravere *v* omittis *Lv* 943 AE.] DE. *G* 946 amo te *γπ* : tuo t. a. *Bentley* (*rhythmo consulens*) *γπ* : ego qu. di. *DGL* : qu. di. *p* quom *om. G* (*Don.* ?) confit *Don. ad Andr.* 167, *glossar. ps.-Plac.* : fit Σ 947 hic e. his *Bentley* *Micionis nota ante* quid *erasa est in P*, *notae ante et post* quid *in D erasae sunt*, *spatia notis sufficientia ante et post* quid *sunt in p*, *nullae notae in cett.* 949 sub ur. est h. ag. pau. *δ* foris $C^2P^2\delta EF^2 v\pi$: -as *et* -is *Don.* (?) 950 fr. illo *E* autem DE. est sed si *p* etsi *DGL* m. sit *γπ* tamen *om. γπ* 952 non] nunc *Paumier* ve. il. *p*

bene et sapienter dixti dudum: "vitium commune omniumst
quod nimium ad rĕm ĭn senecta adtenti sumus"? hanc maculam nos decet
effugere. et dictumst vere et re ipsa fieri oportet. *MI.* gaudeo.
quid ĭstic? dabitur quando quidem hic volt. *AE.* mi pater!
DE. nunc tu germanu's pariter animo et corpore.
(suo sibi gladio hunc iugulo.)

SYRVS DEMEA MICIO AESCHINVS ix

SY. Factumst quod iussisti, Demea.
DE. frugi homo's. ergo edepol hodie meă quidem sententia
iudico Syrŭm fieri esse aequom liberum. *MI.* istunc liberum?
quodnam ob factum? *DE.* multa. *SY.* o noster Demea, edepol vir bonu's.
ego ĭstos vobis usque a pueris curavi ambo sedulo:
docui monui bene praecepi semper quae potui omnia.
DE. res apparet. et quidĕm porro haec, opsonare cum fide,
scortum adducere, adparare de die convivium:
non mediocris hominis haec sunt officia. *SY.* o lepidum caput!

953 est omn. *DL* est *om. G* 955 et (*prius*) *om.* γ vere *om. P* et (*alt.*) *om. v* ip. re γ: *vel* reapse MI. gau. *DLp*: *om. cett.* 956 MI. quid *G* istuc Σ quidem quando γ hic *om. F* AE. mi pater *om.* F^1, *add. in mg.* F^2 957 *om.* $C^1P^1F^1$: *add.* C^2 *in mg.*, P^2 *in ras.*, F^2 *in mg.* (*cum* ES. mi pater) MI. nunc *G*: DE. *superscr.* D^2 *D*: n. tu es mihi g. C^2: n. tu m. es g. *GLp* (p^1 est), $EF^2v\pi$: n. m. es g. *cett.* et an. $C^2P^2\delta EF^2\pi$ corp. et an. *v* 958 *om. L, in ras.* P^2 gaudeo suo CP^1DG (gaudio), *pEF* (DE. *ante* gaudeo *del. man.* 2), *v*: gaudeo et suo $P^2\pi$ iugula *G* 960 li. ae. *DGL* 961 bo. es *DGLE* 964 DE. *om. A* (*add. Iov.*) 966 DE. non *A*

DE. postremo hodie in psaltria hac emunda hic adiutor fuit,
hic curavit: prodesse aequomst: alii meliores erunt.
denique hic volt fieri. *MI.* vin tu hoc fieri? *AE.* cupio. *MI.* si quidem hoc
volti': Syre, eho ăccede huc ad me: liber esto. *SY.* bene facis.
omnibu' gratiam habeo et se͡orsum tibi praeterea, Demea.
DE. gaudeo. *AE.* et ego. *SY.* credo. utinam hoc perpetuom fiat gaudium,
Phrygiam ut uxorem meam una mecum videam liberam!
DE. optumam quiděm mulierem. *SY.* et quiděm tu͡o nepoti hui(u)s filio
hodie prima mammam dedit haec. *DE.* hercle vero serio,
siquidem prima dedit, haud dubiumst quin emitti aequom siet.
MI. ob eam rem? *DE.* ob eam. postremo a me argentum quantist sumito.
SY. di tibi, Demea, omnes semper omnia optata offerant!
MI. Syre, processisti hodie pulchre. *DE.* siquidem porro, Micio,
tu tu͡om officium facies atque huic aliquid paullum prae manu
dederis, unde utatur, reddet tibi cito. *MI.* istoc vilius.
DE. frugi homost. *SY.* reddam hercle; da modo. *AE.* age, pater! *MI.* post consulam.
DE. faciet. *SY.* o vir optume! *AE.* o pater mi festivissime!
MI. quid ĭstuc? quae res tam repente mores mutavit tuos?

967 istac γ 969–70 *ab* v(oltis) *vel* v(is) *versus* 970 *incepit in* *A* tu vis (*in fine* 969) *PLFπ* : hoc voltis (*in initio* 970) D^1*Gp* (*in D superscr.* tu vis; *in G* aliter tu vis) eho Syre δ 975 primam *CDLpEFv* 976 primam *E* 978 oro omnes *Fv* omnia *om.* π ferant *Plauti Capt. codd.* 355 (afferant *edd.*) 979 Sy. . . pul.] *an Syro continuanda*? 980 tu *om. G* pau. *om. D* aliter per manum G^3, *schol. E* 981 istoc levius E^1 982 DE.] AE. Σ 983 facies *Cp* o mi pa. γ (*E om.* o) 984 istaec F^1*v* tam] ita *L*

"quod prolubium? quaĕ ĭstaec subitast largitas?" *DE.* dicam tibi:
ut id ŏstenderem, quod tĕ ĭsti facilem et festivom putant,
id non fieri ex vera vita neque adeo ex aequo et bono,
sed ĕx adsentando indulgendo et largiendo, Micio.
nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita invisa, Aeschine, est,
quia non iusta iniusta, prorsus omnia omnino obsequor,
missa facio: effundite emite, facite quod vobis lubet.
sed si [id] volti' potiu', quae vos propter adulescentiam
minu' videti', magis inpense cupiti', consulitis parum,
haec reprehendere et corrigere me et [ŏb]secundare in loco,
ecce me qui id faciam vobis. *AE.* tibi, pater, permittimus:
plus scis quid opu' factost. sed de fratre quid fiet? *DE.* sino:
habeat: in ĭstac finem faciat. *MI.* istuc recte. *CANTOR.* plaudite!

985 pr. est *v* -uvium $C^2\delta$ *Serv. auct. Aen.* iii. 217, *Nonius* 373 (*non Don.*) 990 quod *Fv* ista C^2P^2*DGLEFv* (*non Don.*) sequor D^1*GL* 992 id *om.* D^1GL^1 994 secundare *Don.* 995 quid f. P^1D^1*GL* prom. *v* 996 quod *Becker* facto sit D^1*GL* 997 habeant *G* in ista γD^2 MI. *etiam Don.*: AE. γ*G*: *om. D* istud r. *DGL*: r. (*om.* ist.) *E*

CONSPECTVS METRORVM

Andr.

1–174	iamb. senar.
175, 177	iamb. octonar.
176	iamb. dim. acatal.
178–9	troch. septenar.
180–95	iamb. octonar.
196–8	iamb. senar.
199–214	iamb. octonar.
215–24	iamb. senar.
225, 227	iamb. octonar.
226	iamb. senar.
228–33	troch. septenar.
234–6, 238–9	iamb. octonar.
237	troch. septenar.
240	iamb. dim. acatal.
241–2	troch. septenar.
243	iamb. octonar.
244	iamb. dim. acatal.
245	troch. octonar.
246	troch. dim. catal.
247	troch. octonar.
248–51	troch. septenar.
252	iamb. dim. acatal.
253	iamb. octonar.
254–60	troch. septenar.
261–9	iamb. octonar.
270–98	iamb. senar.
299–300	iamb. septenar.
301	troch. octonar.
302	troch. septenar.
303–4	iamb. octonar.
305, 307	troch. octonar.
306, 308	troch. septenar.
309–16	iamb. octonar.
317	troch. septenar.
318	iamb. senar.
319–83	troch. septenar.
384–93	iamb. senar.
394–403	iamb. octonar.
404–80	iamb. senar.
481–4	bacchiac. tetram. acatal.
485	iamb. dim. catal.
486	iamb. senar.
487–96	iamb. octonar.
497–8	iamb. senar.
499–505	iamb. octonar.
506	iamb. septenar.
507–9	iamb. octonar.
510–16	troch. septenar.
517	troch. dim. catal.
518–23	troch. septenar.
524–32	iamb. senar.
533–6	iamb. octonar.
537	iamb. dim. acatal.
538–74	iamb. senar.
575–81	iamb. septenar.
582–604	iamb. octonar.
605	troch. dim. catal.
606	troch. septenar.
607–8	troch. octonar.
609	troch. septenar.
610–20	iamb. octonar.
621–4	troch. septenar.
625	dactyl. tetram. acatal.
626–34	cretic. tetram. acatal.
635	cretic. tetram. contract. (— ∪ —|— ∪ —||— ∪|— ∪ —)
636	troch. dim. catal.
637–8	cretic. trim. acatal.
638[a]	troch. dim. acatal.
639–40	troch. septenar.
641–2	iamb. octonar.
643–9	troch. septenar.
650–4	iamb. octonar.
655–62	iamb. senar.
663–4	iamb. octonar.
665–81	iamb. senar.
682–3	iamb. octonar.
684–715	iamb. septenar.
716–819	iamb. senar.
820–60	troch. septenar.
861–3, 865	iamb. octonar.
864	troch. septenar.

866–95 iamb. senar.
896–928 troch. septenar.
929–57 iamb. octonar.
958–81 troch. septenar.

Haut.

1–174 iamb. senar.
175, 177 troch. octonar.
176, 179–80 troch. septenar.
178 troch. dim. catal.
181–6 iamb. octonar.
187 troch. septenar.
188–241 iamb. octonar.
242–56 troch. septenar.
257–64 iamb. octonar.
265–311 iamb. senar.
312–39 troch. septenar.
340–80 iamb. senar.
381–97 troch. septenar.
398–404 iamb. octonar.
405–561 iamb. senar.
562–3 troch. octonar.
564 troch. septenar.
565 iamb. octonar.
566 iamb. dim. acatal.
567–9 troch. octonar.
570 troch. septenar.
571 iamb. octonar.
572 troch. octonar.
573 troch. septenar.
574–8 iamb. octonar.
579 troch. septenar.
580–2 troch. octonar.
583–4 troch. septenar.
585–8 iamb. octonar.
589–90 iamb. senar.
591–613 troch. septenar.
614–22 iamb. octonar.
623–67 troch. septenar.
668–77 iamb. octonar.
678 iamb. dim. catal.
678[a] iamb. senar.
679–707 iamb. septenar.
708 iamb. senar.
709–22 troch. septenar.
723–48 iamb. septenar.
749–873 iamb. senar.
874–907 troch. septenar.
908–39 iamb. senar.
940–79 troch. septenar.
980–99 iamb. octonar.
1000–2 iamb. septenar.
1004 iamb. dim. acatal.
1003, 1005–12 iamb. octonar.
1013–16 troch. septenar.
1017–18 iamb. octonar.
1019 iamb. dim. acatal.
1020–67 troch. septenar.

Eun.

1–206 iamb. senar.
207 troch. octonar.
208 troch. septenar.
209 iamb. dim. acatal.
210–11 troch. septenar.
212 iamb. octonar.
213, 215 iamb. dim. acatal.
214 troch. septenar.
216–17 troch. octonar.
218 troch. septenar.
219–23 iamb. octonar.
224–54 troch. septenar.
255–91 iamb. septenar.
293–7 iamb. octonar.
298 troch. septenar.
299, 301 iamb. dim. acatal.
300 iamb. senar.
302–3 iamb. octonar.
304 troch. octonar.
305 troch. dim. acatal.
306–19 iamb. octonar.
320 iamb. senar.
321–2 iamb. septenar.
323–51 iamb. senar.
352–66 troch. septenar.
367–75 iamb. octonar.
376 troch. septenar.
377–90 iamb. octonar.
391–538 iamb. senar.
539–48 iamb. septenar.
549–50 troch. septenar.
551–2 iamb. septenar.
553–6 iamb. octonar.
557 iamb. septenar.
558–9 troch. octonar.
560 (?)
561 iamb. septenar.
562–91 iamb. octonar.
592–614 iamb. septenar.
615 troch. octonar.
616 troch. septenar.
617 iamb. octonar.

618–20	troch. octonar.
621	troch. septenar.
622	iamb. octonar.
623–8	troch. septenar.
629–42	iamb. senar.
643–4	troch. octonar.
645	troch. septenar.
646, 648	iamb. octonar.
647	iamb. dim. acatal.
649	troch. septenar.
650–1	iamb. octonar.
652	iamb. dim. acatal.
653	iamb. octonar.
654	troch. octonar.
655	troch. septenar.
656–7	iamb. octonar.
658	iamb. senar.
659–67	iamb. octonar.
668–702	iamb. senar.
703–26	troch. septenar.
727–37	iamb. octonar.
738	iamb. senar.
739–46	troch. octonar.
747	troch. dim. catal.
748	troch. octonar.
749	troch. septenar.
750	iamb. octonar.
751–2	troch. septenar.
753–4	iamb. septenar.
755–70	troch. septenar.
771–87	iamb. octonar.
788–816	troch. septenar.
817–942	iamb. senar.
943–70	troch. septenar.
971–1001	iamb. senar
1002–10	iamb. septenar.
1010a	iamb. octonar.
1011–24	iamb. septenar.
1025–31	troch. septenar.
1032–49	iamb. octonar.
1050–94	troch. septenar.

Phorm.

1–152	iamb. senar.
153	troch. octonar.
154–5	troch. septenar.
156–7	troch. octonar.
158–9	troch. septenar.
160–2	iamb. octonar.
163	iamb. dim. acatal.
164–76	iamb. octonar.
177–8	iamb. septenar.
179	troch. octonar.
180	troch. septenar.
181–2, 184	iamb. octonar.
183	troch. dim. catal.
185	troch. septenar.
186	iamb. octonar.
187–8	troch. octonar.
189–90	troch. septenar.
191	troch. dim. catal.
192–3	iamb. octonar.
194	troch. trim. catal.
195	iamb. dim. acatal.
196–215	troch. septenar.
216–30	iamb. senar.
231–2	troch. septenar.
233–51	iamb. octonar.
252–3	troch. septenar.
254–314	iamb. senar.
315–47	troch. septenar.
348–464	iamb. senar.
465–8	troch. octonar.
469–70	troch. septenar.
471–8	iamb. octonar.
479–80	troch. octonar.
481–2, 484	troch. septenar.
483, 486	iamb. octonar.
487–9	troch. septenar.
490	iamb. senar.
491	iamb. septenar.
492	iamb. octonar.
493–5	troch. septenar.
496	iamb. octonar.
497–501	troch. septenar.
502–3	iamb. octonar.
504–14	troch. septenar.
515–16	iamb. octonar.
517–66	troch. septenar.
567–712	iamb. senar.
713–27	iamb. octonar.
728	troch. octonar.
729	troch. dim. catal.
730–1	troch. octonar.
732	troch. septenar.
733–4	iamb. octonar.
735–8	troch. octonar.
739–41	troch. septenar.
742–7	iamb. octonar.
748–64	iamb. septenar.
765	iamb. senar.
766–94	iamb. septenar.

795–819 iamb. octonar.
820–8 iamb. septenar.
829–40 iamb. octonar.
841–83 troch. septenar.
884–1010 iamb. senar.
1011–55 troch. septenar.

Hec.

1–133 iamb. senar.
134 troch. septenar.
135–97 iamb. senar.
198–200 iamb. octonar.
201 iamb. senar.
202–4 iamb. octonar.
205–6 iamb. senar.
207–15 iamb. octonar.
216 iamb. senar.
217–42 troch. septenar.
243–73 iamb. septenar.
274–80 troch. septenar.
281 troch. octonar.
282–3 troch. septenar.
284 troch. octonar.
285–8 troch. septenar.
289–91 troch. octonar.
292 troch. septenar.
293–324 iamb. octonar.
325–6 iamb. septenar.
327–35 iamb. senar.
336–60 iamb. septenar.
361–408 troch. septenar.
409–50 iamb. senar.
451–84 troch. septenar.
485–515 iamb. senar.
516–17, 519 troch. octonar.
518 troch. septenar.
520 troch. dim. catal.
521, 523 iamb. octonar.
522, 525 troch. septenar.
524, 526–7, 529 troch. octonar.
528, 530–1 troch. septenar.
532–4 troch. octonar.
535–43 troch. septenar.
544–6 iamb. octonar.
547–65 troch. septenar.
566–606, 608 iamb. octonar.
607 iamb. septenar.
609–11 troch. septenar.
612 iamb. senar.
613, 615 troch. octonar.
614, 616–20 troch. septenar.
621 iamb. dim. acatal.
622 iamb. septenar.
623–726 iamb. senar.
727–30 iamb. octonar.
731 iamb. dim. catal.
732–42 iamb. septenar.
743 troch. septenar.
744 iamb. octonar.
745 troch. septenar.
746–7 troch. octonar.
748–9, 751 troch. septenar.
750, 752–4 iamb. octonar.
755–67 troch. septenar.
768 troch. octonar.
769–97 iamb. septenar.
798 troch. octonar.
799–815 troch. septenar.
816–40 iamb. septenar.
841 troch. octonar.
842–6, 848–9 troch. septenar.
847 troch. octonar.
850 troch. dim. catal.
851–2 troch. septenar.
853 iamb. octonar.
854–8 iamb. senar.
859–68 iamb. octonar.
869–80 troch. septenar.

Adel.

1–154 iamb. senar.
155–7 troch. octonar.
158 troch. dim. catal.
159 iamb. octonar.
160, 162 troch. octonar.
161, 163–4 troch. septenar.
165 troch. octonar.
166 iamb. octonar.
167–9 troch. septenar.
170–96 iamb. octonar.
197–208 troch. septenar.
209 troch. octonar.
210–27 iamb. octonar.
228–53 iamb. senar.
254–87 iamb. octonar.
288 troch. septenar.
289–91 iamb. octonar.
292 troch. septenar.
293–4 iamb. octonar.
295–8 troch. septenar.
299–302 iamb. octonar.
303–4 troch. septenar.

CONSPECTVS METRORVM

305–16 iamb. octonar.
317 iamb. dim. acatal.
318–19 troch. septenar.
320 iamb. octonar.
321–9 troch. septenar.
330–54 iamb. octonar.
355–516 iamb. senar.
517 troch. octonar.
518 troch. septenar.
519–22 iamb. octonar.
523, 525 troch. octonar.
524 troch. dim. catal.
526 troch. septenar.
527–40 iamb. octonar.
541–91 troch. septenar.
592–609 iamb. octonar.
610 dactyl. trim. catal.
610a vers. Reizianus
(— —|— —|— —|∪ —||
∪ — ∪ ∪ — —)
611 choriamb. tetram.
612 (?)
613 choriamb. trim.
614 (?) dactylo-troch.
(— ∪|— ∪ ∪|—||
— ∪ ∪|— —|—)
615 dactylo-troch.
(— ∪|— —|— ∪ ∪|—||
— ∪|— ∪ ∪|— ∪ ∪|—)
616–17 choriamb. hexam. catal.
618 troch. septenar.
619–24 iamb. octonar.
625–37 troch. septenar.
638–78 iamb. senar.
679–706 troch. septenar.
707–11 iamb. septenar.
712 iamb. octonar.
713–854 iamb. senar.
855–81 troch. septenar.
882–933 iamb. senar.
934–55 iamb. octonar.
956–7 iamb. senar.
958 iamb. octonar.
959–97 troch. septenar.

SET IN
GREAT BRITAIN
AT THE
UNIVERSITY PRESS
OXFORD
REPRINTED FROM PLATES
BY
J. AND J. GRAY
EDINBURGH

OXFORD CLASSICAL TEXTS

GREEK

AESCHYLUS. G. G. A. Murray
ANTONINUS. J. H. Leopold
APOLLONIUS RHODIUS. R. C. Seaton
ARISTOPHANES. F. W. Hall, W. M. Geldart
I. *Ach., Eq., Nubes, Vesp., Pax, Aves.* Second edition
✓ II. *Lys., Thesm., Ran., Eccl., Plutus, Fragmenta.* Sec. ed.
ARISTOTLE.
De Arte Poetica. Second edition I. Bywater
De Caelo, D. J. Allan *Categoriae,* L. Minio-Paluello
Ethica, I. Bywater *Physica,* W. D. Ross
Atheniensium Respublica, F. G. Kenyon
BUCOLICI GRAECI. A. S. F. Gow
DEMOSTHENES
I. *Orationes* I–XIX. S. H. Butcher
II. i. *Orationes* XX–XXVI. S. H. Butcher
II. ii. *Orationes* XXVII–XL. W. Rennie
III. *Or.* XLI–LXI; *Prooemia*; *Epistulae.* W. Rennie
EURIPIDES. G. G. A. Murray
I. *Cyc., Alc., Med., Heracl., Hip., Andr., Hec.*
II. *Suppl., Herc., Ion, Tro., El., I.T.* Third ed.
III. *Hel., Phoen., Or., Bacch., Iph. Aul., Rhesus*
HELLENICA OXYRHYNCHIA *cum Theopompi et Cratippi fragmentis.* B. P. Grenfell, A. S. Hunt
HERODOTUS. K. Hude. Second edition
✓ I (Books I–IV), II (Books V–IX)
HOMER
✓ I–II. *Iliad.* D. B. Monro, T. W. Allen
Books I–XII. Second edition
Books XIII–XXIV. Third edition
✓ III–IV. *Odyssey.* T. W. Allen
Books I–XII. Second edition
Books XIII–XXIV. Second edition
V. Hymns, &c. T. W. Allen
HYPERIDES. F. G. Kenyon
LONGINUS. A. O. Prickard. Second edition

July 1953

LYSIAS. K. Hude

PINDAR. C. M. Bowra. Second edition

PLATO. J. Burnet

I. *Euth., Apol., Crit., Ph.; Crat. Tht., Soph., Polit.* Ed. 2
II. *Par., Phil., Symp., Phdr.; Alc. I, II, Hipp., Am.* Ed. 2
III. *Thg., Chrm., Laches, Lysis, Euthd., Prot., Gorg., Meno, Hp. Ma. et Min., Io, Mnx.*
IV. *Clitopho, Respublica, Timaeus, Critias*
Respublica separately
V. *Minos, Leges; Ep., Epp., Def., Spuria*

SOPHOCLES, *Fabulae.* A. C. Pearson

THEOPHRASTUS, *Characteres.* H. Diels

THUCYDIDES. H. Stuart Jones and J. E. Powell
Books I–IV
Books V–VIII

XENOPHON. E. C. Marchant
I–V
I. *Historia Graeca,* Ed. 2
II. *Libri Socratici* and III. *Anabasis*
IV. *Institutio Cyri* and V. *Opuscula*

LATIN

ASCONIUS. A. C. Clark

CAESAR, COMMENTARII. R. L. A. Du Pontet
I. *Bellum Gallicum*
II. *Bellum Civile*

CATULLUS. R. Ellis

CICERO

EPISTULAE. L. C. Purser
I. *ad Fam.*
II. *ad Att., Pars* i (1–8), *Pars* ii (9–16)
III. *ad Q. F., ad M. Brut., Fragm.*

ORATIONES. A. C. Clark and W. Peterson
I. *Rosc. Am., I. Pomp., Clu., Cat., Mur., Cael.* Clark
II. *Pro Milone, Caesarianae, Philippicae.* Clark. Ed. 2
III. *Verrinae.* Peterson. Second edition
IV. *Quinct., Rosc. Com., Caec., Leg. Agr., Rab. Perduell., Flacc., Pis., Rab. Post.* Clark
V. *Post Reditum, De Domo, Har. Resp., Sest., Vat., Prov. Cons., Balb.* Peterson
VI. *Tull., Font., Sull., Arch., Planc., Scaur.* Clark

LATIN (*cont.*)

CICERO (*cont.*)
Rhetorica. A. S. Wilkins
I. *De Oratore*
II. *Brutus*, &c.

HORACE. E. C. Wickham. Ed. 2. H. W. Garrod

ISIDORI ETYMOLOGIAE. W. M. Lindsay. Two vols.

LIVY. R. S. Conway and C. F. Walters
Books I–V
Books VI–X
Books XXI–XXV
Books XXVI–XXX. R. S. Conway and S. K. Johnson

LUCRETIUS. C. Bailey

MARTIAL. W. M. Lindsay

NEPOS. E. O. Winstedt

OVID, *Tristia, Epistulae ex Ponto,* &c. S. G. Owen

PERSIUS and JUVENAL. S. G. Owen. Second ed.

PLAUTUS. W. M. Lindsay
I. *Amphitruo–Mercator*
II. *Miles Gloriosus–Fragmenta*

PROPERTIUS

STATIUS
Silvae. J. S. Phillimore. Second edition
Thebais and *Achilleis.* H. W. Garrod

TACITUS
Annales. C. D. Fisher
Historiae. C. D. Fisher
Opera Minora. H. Furneaux

TERENCE. W. M. Lindsay and R. Kauer. Second ed.

TIBULLUS. J. P. Postgate. Ed. 2

VIRGIL. Sir Arthur Hirtzel

APPENDIX VERGILIANA. R. Ellis

OXFORD UNIVERSITY PRESS
Amen House Warwick Square London, E.C. 4